*iniunctam nõ peregit ſe ſubijciens alteri pœnæ per*
*iudicem Imponendæ, Alioquin ſecus.* 27.
28 *Comparitio rei ſpontanea eſt ſignum innocentiæ.*
29.30.
31 *Natura aborret id quod vitam adimit.*
32 *Opiniones quæ concordant contrarias amplectendæ*
*ſunt.*
*Et diſtinguens eſt tenenda.* 33.
34 *Opinio quæ æquitate corrobatur eſt ſequenda.*
35 *Iuramentum ſub pœna relapſus non obligat.*
36 *Pœnæ mortis quis ſe obligare non poteſt.*
*Quia nemo dicitur dominus membrorum ſuorum.*

## *Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CL.

*MVlier quædam cum nonnullos hæreticales errores abiuraſſet, & pænitentiam ſibi Reuerẽdus inquiſitor iniunxiſſet, videlicet quòd ex quadam domo pro carcere ſibi præfixa non exiret ſine illius licentia, idq; iureiurando ſe ſeruaturam promiſſiſſet, aliàs pro relapſa cenſeri voluit, ex dicta domo receßit extra ciuitatem ſe conferens, & cum per aliquot dies abſuiſſet, & capi vereretur ſe præſentauit offitio Sacræ Inquiſitionis. Vnde quæſitum fuit an vti relapſa iudicari deberet, & qua pœna plectenda ſit. Et coram Reuerendo Inquiſitore propoſitus, & diſcuſſus fuit hic articulus tam per Reuerendos Dominos Theologos quàm per celebrimos Iureconſultos in quorum numerum ego pariter uocatus fui.*

1 ET † prima conſideratione uidebatur aliquibus hãc mulierẽ ueluti
relapſam cenſeri, pęniſque relapſorum ſubiici debere, prout uoluerunt Archidiac. & Gemin. in
c. ut commiſsi. de hæret. in 6. ubi dicunt, quòd
tales abſoluti, & in carcerem detruſi, uel aliis
pœnitentiis onerati, ſi poſtea ſponte carceres
exiuerint, & excuſationem legitimam non habent, poſſunt uelut hæretici condemnari, nam
que pręſumitur. ficta conuerſio, & confeſsio
ſimulata, cum præcedẽtia probentur per ſequẽ
tia. Idemque uoluit quidã Dominus Abb. de
Podio inter cõſ. Feder. de ſen. conſi. 57. & Mat.
2 quem citat Imol. in clem. 3. de hæret. † ubi dicit, quòd ſi hæretici poſt abiuratam hæreſim
non implent pœnitentiam iniunctam, debent
haberi pro relapſis, & ut tales puniri, per illum
tex. in fin. ubi committit Sum. Pontif. quòd inquiſitores aduerſus culpabiles repertos de hæreſi niſi abiuratis ſpontè prędictis erroribus pęnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem, debitam exerceant ultionem, hoc
eſt pœnam mortis, de qua in c. ad abolendam.
eo. tit. & ſic ob pœnitentiam non peractam.
vult eos morte plectendos eſſe ſicque pœna re
3 lapſorum, † idemque tenet Imol. in c. literas.
col. 1. de præſump. ubi dicit, quòd quãdo quis
eſt ſuſpectus de relapſu in hæreſim, debet præſtare idoneam, & bonam ſecuritatem de ſeruãdo fidem catolicam, & etiam ſibi debet iniungi diſcreta pęnitentia, ex qua perpendatur, an
uerè fuerit reuerſus, an fictè, & ſic an in luce, an
in tenebris ambulet: quia ſi ſeruet pœnitẽtiã
præſumitur uerè reuerſus, ſecus ſi non ſeruet;
quia præſumitur fictè reuerſus, & poteſt tamquàm hęreticus cõdemnari, ſed & cũ prædictis
tenet Arelat. in tract. de hæreticis nu. 30. & Reuerendus frater Vbertus in iudiciali inquitoſitorum uer. Hęreticus nu. 38. † ubi relato Fran
4 ſcico Squill. in tract. de fide Catol. cap. 19. in
contrarium ſubdit, quòd licet opinio ſua pia ſit
tamen minus probabilis, & minus ſecura uidetur, quàm prima. Et præter eum Boſſ. in tit. de
hæreti. nu. 24. poſt relatos aliquos tenentes re
plaſum non dici qui pœnitentiam iniunctam
non ſeruauerit, ſubdit, quòd inquiſitor ciuitatis ſuæ Mediolani ſibi dixit ſeruari contrarium
5 & idem atteſtatus eſt etiam eſſe de iure † quin
de uiſu Milleus in pract. crim. nu. 112. fol. 10. &
nu. 55. fol. 148. dicit, ſe uidiſſe Pariſiis ita praticari contra quendam Berquin, qui nolebat
emendam facere, ad quam fuerat condemnatus, ut publicè cum aliquo ſigno iret pœnitentiæ, nam fuit igne combuſtus, & ita fuiſſe uſu
comprobatũ teſtatur Simancas in tract. de hæret. cap. 47. num. 23. & cum prædictis etiam ſentit Franc. Marci. q. 946. in prima par. dum dicit, quòd per pœnitentiam hæreticus eximitur à pœna hæreſis c. uergentis. de hęreti. Igitur pęnitentia non peracta dictæ pœnę ſubiicitur, ſed & clarè tenet Fely. in rubrica de hære
ti. & alii, quos cumulat Franc. Burſat. conſi. 7.
nu. 35. quibus addi poſſunt Zenzelin. Mateſi. &
Imol. in clemen. 3. Gloſſ. propagine de hæret.
Federic. de Sen. conſi. 156. incip. Alex. Epiſco
pus. Et Zanchinus in tract. de hęreti. cap. 10.
ſub litera. C. verbo detruſus. Quare uidebatur ex prædictis, quòd mulier iſta ueluti relapſa
6 cenſeri deberet; † tantoque magis, quòd ad id
conſenſerat cum iuramento, promittens ſe ſeruaturam ſibi iniuncta ſub pœna relapſi, quod
iuramentum, cum ſeruari poſſet ſine interitu ſalutis æternæ debuit illud ſeruare. c. cum
contingat. de iureiuran. c. quamuis. de pact. in
7 6. † meritò illud non ſeruando, uidebatur in
dictam pœnam relapſi uoluntariè incidiſſe. l.
imperatores. ff. de iur. fi.

Nihilominus licet iſta multum ſtringerent
aduerſus iſtam mulierem, quibus uidebatur
brachio ſeculari tradenda c. ad abolendam, de
hęreti. non deerant alii, qui nec eam relapſam
exiſtimabant dici poſſe, nec taliter puniendam
8 † Mouebantur auctoritate Calderini conſi. ſecundo de hæreti. ubi dicit, quòd licet reus iniũctam ſibi pœnitentiam non obſeruauerit, nec
adimpleuerit, non per hoc inquiſitor poteſt ad
uerſus eum uelut hæreticum procedere, quia
licet in hoc peccauerit, non ſequitur quòd pro
9 pter hoc malè de fide ſenſerit. † Hæc enim
ſunt



ſunt diuerſa delicta, malè ſentire de fide, & pœnitentiam iniunctam non facere nec adimplere, nam per primum uirtutem ſacramenti quis
reprobat d. c. ad abolendam, in princi. per ſecũ
dum uerò ſacramentum contemnit, non tamẽ
per hoc ſentit aliter de ipſo quàm Romana Ec
cleſia, ſicut & inobediens Papæ licet peccet, nõ
propter hoc malè ſentit de illo articulo. Credo
10 iſtam Catolicam Eccleſiam. † Cum igitur iſta
ſint diuerſa, patet, quòd vnum non includit
aliud. 36. q. 1. §. cum ergo, ver. ſed non omnes.
c. dilectus. de offic. ordi. c. ſuſceptũ, de reſcript.
in 6. & licet talis negligentia ad priſtinum ſtatum reducat, non tamen ad priſtinum peccatum c. eos, de ſent. excõ. in ſexto c. in plurimis
de pœnit. diſtin. 4. Ita Calder. ibi quem ſequitur Dec. conſil. 137. Vbi dicit, quòd licet Reus
malè fecerit in hoc non ſeruando pœnitentiã
ſibi iniunctam, non tamen per hoc inquiſitor poteſt aduerſus eum uelut hæreticum procedere: quia iſta non dicitur ex cauſa hæreſis, & de tali cauſa inquiſitor non uidetur ha-
11 bere poteſtatem † Meritò dicebant aliqui, ꝙ
licet iſta mulier receſsiſſet ex illa domo pro carcere ſibi aſsignata ſicque pœnitentiam iniunctam non obſeruaſſet, non tamen ut relapſa iudicari debebat, nec vt relapſa puniri,
12 † Et hanc inſuper opinionem confirmabãt
ex doctri. Butrii in c. cum non ab homine, nu.
22. de iudic. ubi ſumpta occaſione illius tex. loquentis de clerico per ſecularem poteſtatem
puniendo, ſi factus fuerit incorrigibilis, &
in profundum malorum uenerit. Quæritur
qualiter deprehendetur incorrigibilitas, &
reſpondet, quòd deprehendetur, quia ſtatim
eo depoſito ſi ſe corrigat, vel dicat, ſe paratum
corrigere, imponetur ei pœnitentia & in
monaſterium detrudetur ad pœnitentiam peragendam, ſi tamen pœnitentiam iniunctam
non ſeruet, non per hoc dicetur incorrigibilis,
ut poſsit tradi curiæ ſeculari, ſed dicetur incorrigibilis, quando reuertitur ad priores errores, & in illis perſeuerat. vult ergo Butr. ꝙ ob
pœnitentiam non ſeruatam reus non poſsit ſeculari Poteſtati tribui, meritò patet hinc eum
relapſum minimè cenſeri.
13 † His hinc inde propoſitis ego pariter, vt ſen
tentiam meam proferrem ad diſtinctionẽ quã
dam ſingularem Calderini confugiebam, quã
ponit in c. literas. de præſump. qui recitat in
primis quęſtionem de facto cuiuſdam Senẽſis
in hæreſi deprehenſi, & correcti, cui fuit impoſi
tum, ne intraret ciuitatem infra ſex menſes, &
ille non paruit. Quęrebatur, an diceretur relap
ſus, & ut hæreticus puniendus, dicit Calder. ꝙ
ſuper hoc emanarunt multa conſilia, & per
finem d. c. literas, aliqui dicebant, quòd ſic, ta-
14 men ſubdit Calder. hoc eſſe durum † vnde diſtinguit, quòd quandoque imponitur pœnitẽtia, quę eſt de directo contra hęreſim, ut ſcilicet deteſtetur hæreſim, prædicet aduerſus eã,
non conuerſetur cum hæreticis, & ſimilia, &
hoc caſu ſi non obſeruat tale mandatum, iudicabitur tanquam hæreticus, & in his terminis
loquitur abũdè Burſat. in dicto conſi. 7. de quodam hęretico, cui fuerat impoſita pęnitentia,
ne cum quibuſdam Teutonicis conuerſaretur,
15 quod ille non ſeruauerat. † Quãdoq; verò imponitur pœnitentia, quæ non eſt contraria directè hæreſi, ut ieiunare, peregrinari, & id genus, & ſi hęc non obſueruat non dicitur relap
ſus, ſicque fuit conſultum, & in hanc ſententiam deſcendit Franc. Squill. in tract. de fide.
16 cat. cap. 19. † Dicens, quòd tunc dicitur
quis relapſus, quando facit contra pœnitentiã
illud, quod non ſit dubium feciſſe ex conſequentia approbati erroris prius à ſe commiſsi,
vt eſt in receptandis hæreticis, eis dona mittẽ
do uel eis fauorem dando c. accuſatus. §. illo
quoque, de hæreti. in 6. At hoc non uerificatur
in exeũdo de carcere ſibi aſsignato, quia iſtud
facere non eſt contrarium hæreſi directè, ſubditque, quòd doctores hoc dicere uidentur in
17 d. c. ut commiſsi, † dicentes, quòd carcer datur in pœnitentiam, ne reus ille noceat aliis,
uel alios inficiat, & an appareat, an ambulet in
tenebris, uel in luce. Et propterea dicunt doctores, quòd poterit damnari pœna pecuniaria ſi poſsidet bona, ut quia ſibi fuerint reſeruata, & ita tenet in ſpecie Io. ab Imol. in d. clem.
ſecunda, de hæreti. nu. 23. concludens quòd
talis pœna pecuniaria poterit in pauperes erogari, uel in alios pios uſus, uel in magnam ne
18 ceſsitatẽ officii. † Et hanc opinionẽ tenet etiã
Iul. Clar. lib. 5. ſententia. §. hæreſis. Ver. idem
etiã, vbi dicit eſſe mitiorẽ, & iudicio ſuo tenẽ
19 dam, † niſi cum tali contumacia concurrerent aliæ coniecturæ, per quas appareret illum
adhuc non benè ſentire de eccleſia, hoc enim
caſu fortè diceretur, talem tanquam relapſum
flammis eſſe comburendum, puta (licet non
dicat Clarus) conuerſando cum hæreticis, aut
ipſos comendando, & id genus, & in hanc eandem ſententiam Calderi. tranſit ad unguem
frater Vbertus in dicto ſuo iudiciali inquiſitorum in uer. pœnitentia, ubi tranſcribit illam
doctrinam & diſtinctionem Cald. & illam ſe-
20 quitur † quæ mihi quoque uidetur eſſe ueriſsima per rationem, quam deducit à ſimil.
Dec. in allegato conſ. 137. nu. 4. poſt. Ang. cõſ.
31. D. Pilippus. col. 3. vbi dicit, quòd beneficium inuentarii, quod datur hæredi per l. fi. C.
de iur. delib. competit, quando agitur contra
hæredem immediatè ex cauſa hęreditaria, ſecus ſi debitum hæreditarium reformatum ſit
ex conuentione facta cum hærede, quia ſi hęres poſtea conueniatur, uirtute dictæ conuentionis non habebit beneficium inuentarii: id
enim ſolum datur, quando conuenitur hæres
ex cauſa hæreditaria, ſecus ſi debitum hęreditarium reformatum ſit ex conuentione facta
cum hærede, quia ſi hæres poſtea conueniatur
virtute

vlrtute dictę conuentionis,hęres non habebit
beneficium inuentarii : id enim ſolum datur,
quando conuenitur hæres ex cauſa hæredita-
ria d.l.fin.& intelligitur quando conuenitur
immediatè ex cauſa hæreditaria,ſed talis cau-
ſa renouata , non dicitur cauſa hæreditaria,al-
legat.l.cum hæreditas.ff.ad Treb.idemq́ue re-
petit ipſe Dec.conſ.496.nu.12.D.meus Rimi
nal.conſi.584.nu.6.& licet Sebaſtianus Mon-
ticulus in tract.de inuentario Decium citans
variato & erroneo numero diſſentiat in 10. &
ultimo membro nu.8.Tamen Fanutius de Fa-
nuc.in eo. tractatu 6.parte.nu.110.Deciũ de-
fendit. Et in ſimili caſu tradit Aret.conſ.148.
in q.propoſita col.pen.ubi pariter ipſe dicit,
debitum non eſſe ex cauſa hæreditaria, niſi ſit
immediatè, ſecus ſi mediatè, ut quia nouatio
interuenit,meritò concludit Dec.id alio ſimi-
li confirmans,quod in gratiam breuitatis om-
mitto,quòd inquiſitor non poſsit de tali pœ-
nitentia non obſeruata , quando non aduer-
21 ſatur immediate,& directò hæreſi , † prout eſt
in caſu noſtro, non recedere de domo pro car
cere aſsignata, nam in illa manere , uel non,
non ſapit hęreſim , & iniungere pœnitentiam
reo, quòd debeat manere in tali domo pro
carcere, nec ex illa recedere , non eſt quid, ꝙ
immediatè,uel directò hęreſi contrarietur, ut
dici poteſt hęreſim deteſtari,aduerſus eam præ
dicare , cum hæreticis non conuerſari, & id ge
nus,quæ benè contrariantur hæreſi, meritò ſi
iuſſus inde non exire, recedit, non ob id hę-
reticus dici debet, nec ſubindè relapſus: quia
non facit aliquid,quod immediatè ſit hæreti-
cum,uel hæreſim ſapiat.

22 † Et licet (ut refert Boſsius loco preallega-
to) inquiſitor ille Mediolani dixiſſet ei , quòd
illa ratio Decii nihil ualebat, tamen (meo iu-
ditio) ualdè potens eſt, ne dicam perſuaſiua ,
& mirum mihi uidetur , quòd Boſsius Iurecō-
ſultus egregius, & ſenator illam non defende-
rit, cum potiſsimè Reuerendus ille inquiſitor
non adduceret aliquid in oppoſitum , quoniã
23 facile confirmari poteſt illa ratio Decii † ſi cō-
ſideramus nomen relapſi.Is enim propriè dici
tur, qui,uel in eundem errorem incidit prius
abiuratum, uel in alium quemcunq́ue c. ego
Berengarius,de conſecrat.diſtin.ſecunda,quia
neceſſe eſt in relapſo conſtare de uno lapſu
priori,uel poſteriori in aliquod crimen hęre-
ticale, prout concludit ille frater Vbertus in
d.ſuo iuditiali inquiſitorum in ver.relapſi, nu-
mero ſexto, & præter eum Cald.in d.conſilio
ſecundo,ubi dicit, quòd talis, qui pœniten-
tiam non egit,non poteſt dici uerè relapſus :
quia is dicitur proprie relapſus,qui lapſus con
uerſus recidauit, uel poſt abiurationem inci-
dit in hæreſim, at iſte talis non ponitur , &
cum ſibi non conueniat diffinitio,ergo nec dif
24 finitum c.cum cauſa.de raptor. † ſicq́ue con-
cludunt alii, qui de relapſis loquuntur, ut illi
ſint qui in eãdem hęreſim reincidunt, uel etiã
in alteram diuerſæ ſpeciei, ut tradit Abbas in
cap.pen.de hæret. Girland. in tract.eod. titul.
q.ult.Boſsius num.23.Menoch.in tract.de ar-
bitr.iud.lib.2.cent.4.caſu 374.ſed iſta mulier
recedendo de domo ſibi ſtatuta pro carcere,
non dicitur lapſa in aliquem errorem poſtea
abiuratum, nec in aliquem alium hęreticalem
de nouo , quia recedere de carcere non eſt
quid hæreticum committere, ergo relapſi no-
men non meretur, meritò nec in pœnam rela-
pſorum dicitur incidiſſe, & ita bene defendi-
tur ratio Decii.

25 † Et in hanc opinionem longè facilius de-
ſcendebam, quòd in facto proponebatur,hãc
mulierem, quando diſceſsit de dicta domo,
dixiſſe patronæ domus, ſe reuerſuram infra
triduum, licet poſtea non ita repente redierit
ſed præſentiens ſe quæri per inquiſitorem, ut
caperetur, ſe præſentauit ſacro officio . Nam
uidetur hic adaptari poſſe notab. Abbatis do-
ctrina in d.c.cum nō ab homine, de iudic.quã
refert & ſequitur.And.Sic.col.pen.cum enim
Butr. (ibi ſupra relatus) dixiſſet, clericum nō
dici incorrigibilem, tametſi pęnitentiam iniũ
ctam non ſeruauerit, & ob id ſeculari brachio
tradendum non eſſe, contrarium uerò ſenti-
ret Abb. quia præſumptio uideretur aduerſus
eum , quòd peiora committeret. c. literas.
26 de præſump.c.accedens.l.diſtin. † tandem di-
ſtinguit Abb. quòd aut clericus non peregit
pœnitentiam ſibi deſtinatam, tamen exhibet
perſonam ſuam , ita quòd iudex poteſt eum
aliter punire, & tunc non dicitur incorrigibi-
lis, quò ad hoc, ut per iudicē ſecularem poſsit
puniri , quia Eccleſia habet quid faciat aduer-
ſus eum, nec debet excommunicari, nec ana-
thematizari, quia feruntur illæ ſententię per
ſententiam.Exemplum, iudex clericum depo-
ſitum detruſit in carcerem monaſterii , ut ibi
pœnitentiã faciat in pane & aqua, & ille exit
monaſterium, & uagatur in conuiuiis & ſola-
ciis, certè Iudex eum non excommunicabit,
ex quo ſui præſentiam facit, & poteſt compri-
mi, ſed eum detrudet in arctum carcerem c.
ut famæ, de ſent.excom. Et hoc modo ſalua-
ri poteſt doctrina Butrii licet nimis generali-
27 ter fuiſſet locutus. † Quandoque uerò cleri-
cus pœnitentia non peracta fugam arripuit,
& occulat ſe, uel aliter de facto impedit , &
iſto caſu, cum non poſsit iudex eum coarcta-
re, nulli dubium eſt, quòd dicetur incorrigi-
bilis, licet non reperiatur in nouo delicto,
quia non vult ſe corrigere à priore, & uidetur
ſaltem perſeuerare animo , & priorem ani-
mum interioribus medullis reconditum ha-
bere, ut dicit tex.in c. primo, de pœnit. & re-
miſs.quia præſumptio eſt,quòd illa, uel ſimi-
lia, uel deteriora committet. Ideo debet ex.
comunicari , & anathematizari , & demum
cum Eccleſia non habeat quid ultra faciat, cō-





primendus eſt per iudicem ſecularem, vt impo
nat debitam pœnam pro delicto. Ita ſignanter
dicit Abb. at nos in eius primo caſu verſamur,
nam cum mulier iſta foris eſſet, & lōgius abirę
poſſet,& manus Reuer.patris inquiſitoris effu
gere,maluit ad eum redire;& in eiuſdem pote
ſtatem ſe recondere , quarę nec incorrigibi-
lis , nec relapſa dici debet, vt poteſtati ſecu-
28 lari dimittenda ſit , † Quinimmo compari-
tio ſua ſpontanea , & conſtitutio in manibus
& poteſtate Reuer.Inquiſitoris eſt maximum ſi
gnum innocentiæ ſuæ,ꝙ quando receſsit ex do
mo pro carcere ſibi aſsignato, non id fecerit,
vt aduerſaretur pœnitentiæ ſibi deſtinatæ, nec
vt præcepta inquiſitoris ſperneret, ſed ob ali-
quam neceſſariam cauſam indę receſſerit ſine
29 licētia inquiſitoris,vt † in alio imputato de ma
lef.commiſſo comparente, ſponteq́ue ſe in car
ceribus conſtituente,qui præſumitur innocēs,
tradit Veron.conſ.31.col.4.verſ. 10. quem ſe-
quitur latius Marſ.in pract.crim. §. diligenter.
30 nu.204. † & pulchrè Boſſ.in titu.de manda. ad
homi.nu.25.vbi loquitur de Epiſcopo Pap.qui
non fugiens captus fuit,ſed vocatus vltro ſe ob
lit,quæ conſtitutio voluntaria præſtat argumē-
31 tum innocentiæ,citat Veronenſem, † & confir
mat,cum natura abhorreat illud, quod vitã adi
mit,vt per Anch.conſi.23.& Barb.conſ.70. co.
2.vol.4.& in hanc opinionem Calderini & ſe-
quacium me firmabam,ꝙ ad concordiam quan
dam contrarias reduceret,& certo quodam fę
32 dere reconciliaret. † ſemper enim tales opi-
niones;quæ diſcrepantes componunt , ample-
cti debemus,vt inquit Sal.in l.filiæ.ff.fam.erci.
Grat.reſp.101.nu.9.vol.2.Imol.in c. ſuper lite
ris.de reſcr.Soc.conſ.66.vol.1.D. meus Rimi.
33 conſ.50.nu. 2. & ibi in Apoſt.ſecutus ſum, † &
in dubio talis opinio diſtinguens eſt tenenda;
vt per glo.fi.in c.ſcientes.de cenſi.Imol.in c.ſu
per literis.nu.2.de reſcr. Alex.conſ.50. num.7.
vol.7.cum infinitis cumulatis per Cora.in trac.
commun.opini.lib.1.tit.6.nu. 80. vbi citat D.
meum Rimi.conſ.50.& me pariter in addit.ad
eum,quam ſententiam meam Reuerēdi patres
Theologi,duoq́ue Iureconſulti mecum firma-
runt & approbarunt.Ita ꝙ vnanimi uoto ſic de
34 terminatum fuit in caſu memorato, † nec im-
meritò quia data varietate opinionum in ali-
quo articulo, ſi qua earum corroboratur ęqui-
tate,illa in iudicando & conſulendo ſequenda
eſt,vt voluit Curt.conſ.1.Rol.à Valle conſ.64.
35 vol.3.nu.16. † Nec iuramentum,quod illa mu
lier præſtiterat de non recedendo de dicta do-
mo ſub pœna relapſi,tãti ponderis eſſe debuit,
vt ea recedente incideret in pœnam relapſi,
quæ mors eſt,talis enim forma iuramenti non
legitur in c. Bereng. ſed quando veniret con-
tra errores abiuratos eos denuo committēdo,
36 † non enim potuit ad pœnam mortis ſe obliga
re & velle mori l.non tantum.ff.de pęn.cum ne
mo ſit dominus membrorum ſuorum l. liber
homo.ff.ad l.aquil.& licet periurium ſit grauę
peccatum,pœnamq́ue mereatur periurus, non
tamen inde debet ordinariè puniri ſed extra-
ordinariè tantum,vt declarat Ang.in auth.ſce
nicas non ſolum.Quare non poteſt huic mulie
ri periuræ imponi pœna mortis ordinaria rela
pſorum,ſed alio modo venit extra ordinem pu
nienda Reuerendi patris inquiſitoris arbitrio.
Et ita concluſum fuit per omnes.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Reuerendo Archipresbitero Parmenſis Eccleſiæ Cathedralis.

*SVMMARIVM.*

1 *Præcedentiæ quæſtio inter Archipresbiterum & Archidiaconum non eſt noua.*
*Et in perſona Ioannis de Anania fuit , vt putat Fely.*
2 *Maioritas circa multa conſideratur.*
3 *Maior reſpectu ordinis poſtponitur minori ordine qui maior eſt adminiſtratione.*
4 *Archipresbiter ſubeſt Archidiacono.*
*Sed quomodo. 21.& 22.*
5 *Archididiaconus dicitur oculus Epiſcopi.*
6 *Argumentum valet ex ordine titulorum.*
7 *Archipresbiter facit gradum poſt Archidiaconum.*
8 *Digniora præferenda ſunt.*
9 *Poſſeßio diutina ſufficit ad præſumendum titulum.*
*Et eſt communis opi.10.*
11 *Archipresbiter in prima ſede cornu dextri ſedere debet archidiaconus in prima cornu Siniſtri.*
12 *Honor conſiſtit etiam in ſedendo ante alios.*
13 *Primogenitus regis ſedere debet à dextris regis.*
14 *Conſuetudines ſeruari debent in dignitatibus.*
15 *Archipresbitero primus locus conceditur in Eccleſia Parmæ.*
*Et Paduæ.16.*
*Et de illius cura.17.*
18 *Archidiaconi cura in quibus.*
19 *Nominatus primò prælatus cenſetur.*
20 *Diſcordia ſedari debet inter prælatos,vt Dei cultus magis exhibeatur.*
21 *Archipresbiter & Archidiaconus habent ſe vt excedentes & exceßi.*
21 *Archipresbiter in diuinis præfertur Archidiacono.*
*Archidiaconus verò in humanis & adminiſtratione.22.*
*Diuina verò quomodo ſint intelligenda . 23. 24.25.*
26 *Exempla non reſtringunt regulam.*
27 *Archidiaconum præferri Archipresbitero in loco, voce & iuriſdictione quomodo ſit intelligendum.*

28 *Petitorium cumulari poteſt cum poſſeſſorio volunta*
*te partium.* 29.
*Et poſſeſſorium abſorbet.*
*Et de ratione.* 30.
*Sententiaq́; in ſolo petitorio executionem habet.* 31.

## CONSILIVM CLI.

*Auxilium meum à Domino.*

EXORITVR controuerſia præce
dentiæ inter Reuerendos Archi-
presbyterum & Archidiaconum
Catedralis Eccleſiæ Parmẽſis,cũ
alter alteri locum cedere nolit,in
aliquibus, in q̄bus concurrunt, & interuenire
ſolent. Quæ quidẽ q̄ſtio nõ eſt noua, ſed alibi
1 pluries agitata, † cũ Io.de Ana.in c. ad liberã-
dam.nu.16.de iude.ſe bis vidiſſe de hoc dubi-
tari in Eccleſia Bononienſi,& vt imaginat̃ Fel.
in rub.de maio.& obed.dubitatio talis forte te
tigit ipsũ Ioãnẽ,cũ eſſet ibidẽ Archidiaconus.
2 Et vt ab Archidiacono principiũ faciã,† vi-
detur in primis eũ fouere iuſtitiã glo.notab.in
c.deliberatione ver. electionis.de off.dele.lib.
6.dicens,ꝙ cũ maioritas cõſideretur circa mul
ta,vt circa ordinem,ſecundũ quem Archipres-
biter eſt maior Archidiacono,& circa admini-
ſtrationem,ſecundum quam è conuerſo maior
eſt Archidiaconus Archipresbitero,de maiori
tate loquentes,intelligere debemus de maiori
3 tate prælationis, † in qua licet inſpicienda ſit
conſuetudo,dicimus tamen,de iure Archidia-
conum preeſſe,& illam gloſſ.ſequitur Gemini.
& Præpoſ.Card.Alex. in c. concilia. §. epiſco-
pos.col.fi.diſt.17.dicentes, quòd quando quis
eſt maior reſpectu ordinis,poſtponitur minori
ordine,qui eſt maior adminiſtratione,ſecundũ
gloſ.præallegatam , dum præfert Archidiaco-
num Archipresbitero, qui tamen maior eſt or-
dine.c.1.de off.Archipresb. Idemq́; tenet Ant.
de Pret.in tract.de iuriſdict.epi.c.6.nu.37.
4 † Secundò videtur in fauorem Archidiaco-
ni concurrere tex.in c.perlectis.§. Archipresbi
ter.25.diſt.dicens,ꝙ Archipresbiter ſciat ſe eſ
ſe ſub Archidiacono, eiuſque præceptis; ſicut
Epiſcopi ſui ſe obedire ; cuius Epiſcopi vices
gerit Archidiaconus,& repreſentat c.1.de off.
Archid.Vnde obediendum eſt ei tanquam Epi
ſcopo,& reuereri debet tanquam is,cuius vices
gerit,ſecundũ Hoſt.qui ita notat in c. 1.de off.
Archipresb.vbi eſt tex.vniformis d.§. p̄sbiter.
5 † Comprobatur,nam Archidiaconus dicitur
oculus Epiſcopi,& poſt eum maior c.ad hæc. &
c.fi.de of.ord.ergo p̄ferri dẽt Archipresbitero.
6 † Tertiò cõfirmat̃ arguẽdo ex ordine titulo-
rũ,qui debet attendi l.2.ff.de ſtat.hom.Imol.&
Mod.in l.1.ff.de ver.ob.nã titulus de offitio Ar
chidiaconi præponitur, & ſubſequit̃ titulus de
7 off.Archipresb.† vbi gl.quoque continuans di
cit;q̄a poſt Archidiaconũ Archipresbiter facit
gradũ,& vt addit Abb.in tex.not.1.Archidiaco
nus eſt principalis dignitas poſt Epiſcopũ ĩ Ec-
cleſia, meritò talis ordo titulorũ ſecundũ quẽ
p̄fert̃ Archidiaconus,demõſtrat, & in cęteris il
lũ p̄ferẽdũ eſſe Archipresbit.prout arguit Boe.
in trac.de auc.mag.cõſ.nu.74.hic.n.dicendum
vr̃ Archidiaconũ paſsim Archipresbitero prę-
8 ferendũ eſſe †Cũ digniora pręferenda ſint. l.1.
& 2.ff.de alb.ſcrib.c.antiqua.de priuil. in 6.
Quartò coadiuuatur intentio Archidiaconi
duobus teſtibus,dicẽtibus,& vidiſſe, & ab aliis
ſenioribus dici audiuiſſe,ſemper Archidiaco-
num præceſsiſſe Archipresbiterũ extra Eccle-
ſiã in proceſsionibus,& aliis actibus, & Archi-
presbiterũ Archidiacono primũ locũ ceſsiſſe,
9 † quare talis diuturna poſſeſsio 10.annorũ, &
vltra ſufficere debet ad pręſumendum titulum,
vt per gl.Bar.& Flor.in l.ſeruitutis.2. ff. de ſer-
uit.gl.Bar.& Imol.in l.1.§.fi.ff.de aq.plu. arcẽ.
latè Bar.Sal.& alii in l.cum de in rem verſo.nu.
10 3.& 4.ff.de vſu.† Ang.Are.ĩ §.ęquè.col.7.ver.
cautela.inſt.de act. qui cõem teſtatur Vero. in
trac.de ſerui.vrb.p̄d.c.19.nu.6.latè Balb.ĩ trac.
de prę́ſc.3.par.q.10.nu.7.vnde vr̃ ex p̄dictis, ꝙ
Archidiaconus in p̄ſenti cauſa dẽat obtinere.
11 † At in oppoſitum ſtat in fauorẽ.Archipresbi
teri conſtitutio Reuerend.Card. Farneſii tunc
Epiſcopi Parmenſis,& qui poſt modum ob præ
claras animi ſui dotes & purgatiſsimos mores
fuit ad Summũ Pontificatus apicem deuectus
& Paulus III.nuncupatus,vbi clarè dr̃, ꝙ Archi
presbiter in prima ſede cornu dextri ſuperiori
chori ſedeat Archidiaconus verò ĩ 1.cornu ſini
ſtri.Hic.n.maior dignitas dep̄hẽdit̃ Archipreſ
12 biteri,quàm Archidiaconi † vt.n.dicit Bal.in
l.decernimus.2.not.C.de ſacr.ſan. eccl.honor
cõſiſtit ẽt in ſedẽdo ante alios; & dignior ſede
13 re dẽt à dextris,& ĩferior à ſiniſtris,† & ideo fi
lius primogenitus regis debet ſemper ſedere à
dextris regis,vt inquit gl.decreti, & illam deci
ſionẽ Baldi ſequitur Præpoſ.in d.§.Epiſcopos.
quæ pariter confirmatur ex pſalmo Profetę re-
gii.Dixit dñs domino meo ſede à dextris meis
14 † Secundò accedit,ꝙ in hac materia debet at
tendi,ac ſeruari conſuetudines Eccleſiarum,vt
inquit Abb.in c.1.de off.Archipresb. nã in ali
q̄bus Eccleſiis maior eſt Archidiaconus,in ali-
quibus verò maior eſt Archipresbiter, vt idem
tradit Abb.in c.1.de off.Archidiaco. 1. oppo.
circa fi.& in hac materia.prælationis ſic arguit
à cõſuetudine loci Dec.in c.auaritiæ.nu. 9. de
præb.poſt Spe.§.de officio , de app.nu.14.quos
refert & ſequitur Meno.ad fauorem Archipreſ
biteri contra.Vicariũ Epiſcopi cõſ.51.nu. 35.
15 † At in Eccleſia Parmenſi videmus , priorẽ di-
gnioremq́; locũ fuiſſe tributũ Archipresbite-
ro per dictã conſtitutionem loco citato,& rur-
ſus inferius ibi. ſi tamen Epiſcopalem ſedem
transferri, & aliorum ſubſellia mutari conti-
gerit Archipresbiter in prima poſt ſedem E-
piſcopalem reſideat , Archidiaconus verò in
prima



prima alterius cornu , meritò quicquid in
aliis eccleſiis dici poſſet , in hac Parmenſi
prærogatiua prę́lationis Archipresbitero con-
16 ceſſa videtur † ſimile videmus in Archipresbi
tero Paduano ; qui primam poſt Epiſcopalem
obtinet,& in quem omnia,quæ de iure ſpectãt
ad Archidiaconũ , tam virtute priuilegiorum
Apoſtolicorum,quàm Eccleſiæ ſtatutorum trãſ
fuſa ſunt,vt teſtatur Alex.cõſ.142.vol.6.& Ar-
chidiaconus ſecundam poſsidet , vt ſcribit Me
17 noc.conſ.52.num.28.& ſeq. Item videmus in
ſtatuto de officio Archipresbyteri ſibi curam
ſuper omnes presbiteros atributam fuiſſe,regi
menque conceſſum,vicis Epiſcopi abſentis ge
rere, ſacerdotibus,& ſacrario præcipere , cõfeſ
ſiones audire , & à grauibus delictis abſoluere
18 † quæ non tanti ponderis,ſed alia leuiora cõ-
ceduntur Archidiacono in ſtatuto de off. Ar-
chidiaconi, meritò cum magis priuilegiatus
fuerit Archipresbiter Archidiacono præferri
debet, ſecundum glo.in c.accuſatus.§.ſanè.de
hæreti.in 6.tex.iuncta glo.in uerbo maximo-
rum.in §.quę igitur placuerunt,in auth.de de-
fenſ.ciui.Boer.ĩ d.tract.de auct.mag.cõſ.n.38.
Quartò non omitto tex. ſingularẽ in §. hęc
autem.in auth.de Sanct.Epiſ.ubi dicitur. Hæc
autem,quæ prebere diſpoſuimus,primus preſ-
biter ordinantis Epiſcopi , & Archidiaconus
19 ſuſcipientes diuidant † Patet enim,quòd pri-
mò nominat Archipresbiterum quàm Archi-
diaconum in ſignum prælationis , eumq́; pri-
mum presbiterum appellat , nec immeritò, cũ
dicatur Archipresbiter ab Arcos, qđ eſt Prin-
ceps,quaſi maior inter alios presbiteros. Vnde
dẽt ex p̄dictis Archidiacono p̄ferri & ex his in
vtranq́; partẽ redditur articulus diſputabilis.
20 † Sed quoniã maximè decet inter iſtos duos
Reuer. aliquo temperamento diſcordiam na-
tam ſopire,vt Deo cultus,ſumma veneratione,
modeſtia , honeſtate , quiete & deuotione per
eos magis in dies exhibeatur , ad quem præci-
puum quoque finem,videmus conſtitutionem
prædictam ſapienter inductam fuiſſe per tunc
Epiſcopum,poſtea non delendæ memoriæ Põ.
maximum.Dico,ꝙ abſolutè dici non poteſt,al
21 terum alteri præferendum, † quoniam , vt in-
quit Abb.in c.1.de offi.Archipresbiteri,iſti ſe
habent,vt excedentes & exceſsi;quia in aliqui
bus Archidiaconus reueretur Archipresbyte-
rum,in aliquibus etiam Archipresbiter Archi
diaconũ.Vnde in diuinis Archipresbiter præ-
22 ferri debet Archidiacono. † in aliis verò,quæ
competunt Aichidiacono ratione dignitatis,
ſiue maioris adminiſtrationis,ille præferri de-
bet Archipresbitero,vt in loco,in voce, iuriſdi
ctione,& id genus.ita diſtinguendo concludit
Archidia.in c.quamquam.q.7.Gemin. & Prę-
poſitus in d.§.Epiſcopos.col.2.Hoſt. in ſumma
de off.Archid.§.1. & Boer. in d. tract. de auct.
magn.Conſilii.nu.74.Anton.de Pret.in tract.
de iuriſd.Epiſcopi.c.6.nu.37. & Henric. Bote.
in tract.de Sino.Epiſcopi.3.par.nu.24.idemq́;
tradit Fel.in rub.de maio.& obed.nu.11.Rota
deciſ.4.col.1.de elect. in nouis,Purpur. in l.1.
nu.200.ff.de off.eius,Ripa.lib.1. reſponſorum
c.23.nu.14.Boer.in tract.de auct.magn. Con-
ſilii.nu.74.Menoc.cõſ.51.nu.56. & Comes Fe
dericus Scottus lib.6.Tomi primi reſ.20.n.39
23 † Nec quod de diuinis dicunt reſtringi de-
bet ad miſſam,ita ꝙ extra miſſam maior ſit , &
præferri debeat Archidiaconus paſsim,ut ſen-
tire videntur Archidia.in c.quamquam,& Ho-
24 ſti.in d.§.1. † Nã verbum diuinis, valde gene-
rale non patitur illam reſtrictionem, cum & in
Veſperis & aliis diuinis,ſiue nocturnis officiis
in concionibus,Letaniis & proceſsionibus tã
in eccleſia,quàm foris per ciuitatem , vel alibi
verificari poſsit, ſi quidem in prædictis omni-
bus & ſingulis actibus de diuinis agitur.l.2.ff.
de in ius vocan.ibi,nec Pontificem, dum ſacra
25 facit † puta miſſam, vel veſperas,inquit gloſſ.
quod,& latius interpretantur. Doct. qui con-
tra Bar. cõcludunt, nec inter ſacra Pontificem
citari poſſe , vt ſacris finitis compareat , ea ra-
tione;quia turbaretur diuinum officiũ, vt An-
gel.Fulgo.Iaſ.Zaſ.& alii dicunt,capientes diui
num officium pro quolibet actu oratorio , in
quo perſonæ religioſæ , vel Eccleſiaſticæ con-
26 uenerint, † quòd ergo dicunt de miſſa per mo
dum exempli procedit,quo caſu regula non re
ſtringitur l.damni infecti.§.Sabinus.ff.de dãn.
27 infect. † & quod ſubiiciunt extra miſſam in
loco,uoce,iuriſdictione & aliis officium ſuum
concernentibus Archidiaconum præferri, ve-
nit intelligendum de actibus extra diuina,pu-
ta ſi ſedeant Archidiaconus & Archipresbiter
in capitulo pro aliquo negotio temporali , vel
in aliquo,in quo non oretur. Secundum hanc
igitur diſtinctionem (iudicio meo) ſedari de-
bet hæc contentio,& quiſquis eorum ſuum lo-
cum conſequetur ſecundum contigentiam ca-
ſuum,vel in diuinis,vel extra diuina .
28 † Nec allegata poſſeſsio de prælatione Ar-
chidiaconi in proceſsionibus extra Eccleſiam
ſibi proficere debet,tum quia illi duo teſtes nõ
legitimè proponũtur recepti;tum etiam ꝙ hic
cumulatũ video petitorium cũ poſſeſſorio ex
voluntate partiũ ſtante cõſtitutione. & ſtatutis
29 prædictis exhibitis † quod fieri poſſe nõ ambi
gitur;vt per Imol.in l.naturaliter. §. nihil cõe.
ff.de acq.poſſ.quem ſequitur Iaſ nu.161. cęte-
rique ſcribẽtes,vt refert Bello.nu.29. & Clau.
Marmer. nu. 55. Vnde de allegato poſſeſſorio
non eſt curandum , quoniam petitorium illud
abſorbet;licet enim in poſſeſſorio alter melius
probet & obtineat,nõ tamẽ dẽt ſibi reddi poſ-
ſeſsio per alterum qui in petitorio obtinuerit,
30 † cũ illi repugnat exceptio,dolo petis,quod re
ſtituturus es,vt voluit Cy.ĩ l.incerti q.2. C.de
interdic.Ioan.And.& alii in c.paſtoralis.de cã
poſſ.& prop.Bar.in d.§.nihil cõe.q. pen. Alex.
31 conſ.30.& cõſ.159.vol.5. † imo verò ſentẽtia
 ſuper

ſuper ſolo petitorio debet executionem habere, vt eleganter tradit Alex. de Neuo conſi. 36.nume.4.
Et ita reſideo.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Illuſtre Domina Aurelia Scotta.

### ARGVMENTVM.

De exceptione non numeratæ pecuniæ non obſtante. Et quando debitum ex vna cauſa in aliud conuerti poſsit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſti unico à parte producto plenè credi debet aduerſus eam.*
*Et de ratione.*
*Fallit ſi deponat de auditu ab aduerſario.2.*
3 *Teſtibus non creditur quorum repelluntur auctores & de ratione pulcra.4.*
5 *Romanus conſi.104.ad fin.& Iaſ.in rubr.ff. de iure iur.de teſte producto à parte loquẽtes,declarãtur.*
6 *Teſtis de auditu fundatur in priuilegio, ideo facile proſternitur.*
7 *Teſtis duplici defectu laborans prorſus reijcitur & fide caret.*
8 *Exceptio non num.pecu.ceſſat ſtante confeſſione geminata.10*
*Et quando quis ex interuallo obtulit.11.*
*Vel dictæ exceptioni renunciauit.14.*
*Vel ſi confitens erat mercator.19.*
9 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Priuilegio renuntiaſſe cenſetur vtens iure communi.*
12 *Renuntiatio exceptioni non num.pecu. valet ex interuallo poſt ſcripturam confeſſionis.*
*Et renuntians grauatur onere probandi pecuniam non fuiſſe numeratam.*
*Nec etiam requiritur lapſus biennij.*
14 *Conductor excipiens quoſdam caſus remiſſionis petendæ cæteros excluſiſſe videtur.*
15 *Oblatio ad vnum finem emanata eo non ſecuto non præiudicat.*
16 *Conditio habetur pro impleta quando ſtetit per aliquem quominus impleretur.*
17 *Confeſſio facta præſenti non acceptata non præiudicat confitenti.*
*Sed contra, quia præſumitur acceptata quatenus eius fauorem concernebat.18.*
20 *Exceptio non num.pec.in loco contractus opponi debet,non alibi.*
21 *Depoſitum dicitur contractus qui re tantum contrahitur.*
21 *Confeſſio mutui conuerti non poteſt in depoſitum nõ exiſtente pecunia in promptu.*
*Vel ſolutioni parata.*
22 *Scriptum habet vim pacti ſi in eo non adeſt promiſſio neque ſtipulatio.*
22 *Transfuſio vnius cauſæ in mutuum ſola conuentione fieri non poteſt.*
*Secus ſi in depoſitum.23.*
*In quo Bartolus adducitur & Caſtrenſis & eſt communis ſententia.25.*
*Maleque fuit locutus Caſtr. conſilio 170.volumin. ſecundo.26.*
27 *Pecunia quando præſumitur fuiſſe ſolutioni parata.28.*
28 *Depoſitum non licet ammouere ſine pœna & delicto.*
29 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
30 *Mercator præſumitur habuiſſe pecunias ſolutioni paratas.*
31 *Exceptio non numera.pecun. in depoſito opponi non poteſt.*
*Licèt confeſſionato.48.*
*Et ad id Tiraquellus ponderatur.32.*
*Et eſt communis opi.33.*
*Licèt contra. 38.*
34 *Depoſitum licèt confeſſionatum retinet ſua priuilegia.*
35 *Exceptio non numerate pecuniæ. locum habet ſolum in contractu mutui, non in cæteris contractibus.*
*Et exemplum datur.36.*
*Et opponens probare debet exceptionem.37.*
37 *Exceptionem non num.pec.opponens in alio contractu quàm mutui cauſa probare debet.*
39 *Compenſatio locum habet in depoſito confeſſionato ex mutuo cauſato.*
40 *Compenſans ſoluit & quando ſit verum.*
41 *Creditor obligatus veram numerationem probare oneratur.*
42 *Depoſitum habet executionem paratam.*
*Quod in vero non in confeſſionato procedit.*
*Et de ratione.43.*
44 *Depoſitum irregulare quando dicatur.*
*Et de illo velut de mutuo iudicatur.*
45 *Exceptio non num.pecu.opponi non poteſt in depoſito irregulari.*
*Et de ratione.*
46 *Decretum Mediolani, quòd pro depoſito vero bona dari non poſsint in ſolutum ſed depoſitarius detineri poſsit,locum non habet in confeſſionato.*
48 *Mutui natura originalis an attendi debeat.*
49 *Communi ab opinio. in iudicando non eſt recedendum.*
*Quia legi æquiparatur eiusq́; virtutem cunque ſequitur.50.*
*Seruariq́; debet tanquam ius. 51.*
52 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
*Fallit quando ſubrogatio fit iure ſpeciali. 53.*
*Et quando natura ſubrogati repugnat naturæ eius in cuius locum ſubrogatur.55.*
54 *Capitulum ſuccedens loco Epiſcopi delegati non habet eandem poteſtatem quam epiſcopus habebat.*





56 *Baldus in l.aduerſus.C.de non nume. pecu. conſideratur.57.58.*
58 *Teſtis de negatiua quomodo deponere debet vt concludat.59.*
60 *Salycetus in l.in contractibus.§.ſed quoniam verſ. ſed iuxta C.de non.num.pecu.deducitur. 61.62.*
63 *Confeſſio quæ fit ex cauſa antecedenti non fit ex cauſa futuræ nume.*
64 *Cautela eſt quòd inſtrumenta fiant ex cauſa depoſiti licet illud ſit creditum.& quare.*
*Modo fraus aut ſimulatio non accedat.65.*
66 *Fraus non præſumitur.*
67 *Salyc.in l.generaliter C.de non num.pec.declaratur 68.69.70.71.*

## CONSILIVM CLII.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITANT Clariſsimi Domini Senatores Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Ducis Mantuę,ſcriptum,in quo Panceria ſe debitorem verum confeſſus fuit Illuſtr. Dominæ Aureliæ Scottæ de ſcutis 800. auri, quos habuit in contantis in pluribus vicibus ab ea,& eos in depoſitum tenere dixit cum obligatione eos inueſtiendi ſuper monte Farinæ Romano nomine dictæ Dominæ factum fuiſſe ex cauſa præcedentis mutui, prout vnus te-
1 ſtis ex duobus ibi deſcriptis deponit,† cui velut ab ipſa Domina producto,& approbato plenè credendum eſt aduerſus eam, vt per Roma. conſ.104.in fi.Iaſ.in rub. ff. de iureiur. Socin. iun.conſ.69.nu. 12.vol. 1. Spec.aureum in 6. actu,ſextæ partis.num.16.& in 13. actu. nume. 10.vbi dicit,non licere talem teſtem repulſare quia cum per productionem cenſeatur approbatus; quis diceretur ſibi contrarius. l. ſi quis teſtibus,& ibi Bald.C.de teſtibus.Abb.& Fely. in cap. 1. eod. titul. & cum prædictis adhæret Orati.Mand.in addi.ad Roma.d.conſ. 104.ad fi.& ob id ſequitur,exceptionem non num.pecu.per Panceriam oppoſitam infra biennium ſibi prodeſſe non conſtito de vera numeratione.inſt.de liter. oblig.in fi.
Ego verò ſecus puto. Nam conſidero, quòd ille teſtis deponit tempore ſubſcriptionis. Panceriam dixiſſe,quòd Domina Aurelia ſibi mutuauerat bonam quantitatem pecuniarum, & ille pro cautione dictæ Dominæ ſibi fecerat il-
2 lud ſcriptũ, † nõ conſtat ergo de mutuo allegato,niſi per teſtem deponentem de auditu ab ipſo Panceria,meritò nihil probat in hoc ipſe teſtis;quia ſicut ipſi Panceriæ deponenti in cauſa propria non crederetur l.omnibus. C.de teſti.c.nullus.eod.titul.ita credi non debet illi te-
3 ſti dicenti ſe ab eo audiuiſſe † quia teſtibus nõ creditur,quorum repelluntur auctores, capitu. licet ex quadam.de teſti.capitul. fraternitatis. de hæreti.capitul.nullus 3. quæſtio. 4.Oldrad. conſi.69. colum.2. Caſtr.conſi. 284. viſo quodam.colum.1.conſ.299.viſa inquiſitione. colum.2.volum.2.Crauet.conſ.41.nume. ſecun-
4 do † ſubiungens quòd eſt quàm abſurdiſsimũ, quòd ſi non creditur originali,ideſt auctori alicuius famæ,credatur eius copiæ, ideſt his,qui ab auctore dici audiuerunt.l.1.ff.de fid.inſtru. capitu. 1.eod.titul.§.& hoc inſuper.in auct.vt ſponſ.larg.
5 † Nec iſto caſu loquuntur Roma. & Iaſ. allegati,ſed de teſte deponente de credulitate, & ſic qui à ſemetipſo quid deponit, nõ autem de auditu à parte,meritò non ſunt ad hunc caſum
6 trahendi,quia teſtimonium de auditu, cũ fundetur in priuilegio, ſeu in iure ſpeciali, facilè proſternitur ſi in aliquo deficiat, vt tradit Cuman.conſ.77.colum.3. Curt. Iun. conſ. 17. in princ.prout in caſu noſtro, in quo deponit de auditu à parte.
7 † Hęcq́; cõcluſio pulcra ratione confirmatur, nam cũ talis teſtis duplici defectu laboret,vno, ꝙ ſingularis eſt,altero ꝙ de auditu partis deponit,prorſus proſterni debet eius fides, vt voluit Soc.conſ.118.col.antepe.vol.1.Barb.conſ.75. col.4.vol.4.Marſ.ſingu.385.conſ.102.col.pe. Crau.conſ.6.nu.55.Pariſ.conſ. 2.nu.85.vol.4. Gramm.conſ.35.nu.34.Menoch.de arbit.iud. lib.2.centu.1.caſu 92.nu. 6. qui & alios citat.
8 † ſed eſto (ſine veri præiudicio) quòd dici poſſet fuiſſe mutuum,tamen exceptio non nume. pecun.locum habere non poteſt ſtante confeſſione Panceriæ geminata, plurieſque repetita primò quidem in ſcripto, ſecundò Mantuæ, vbi obtulit ſe paratum reddere bonum computum marito Dominæ Aureliæ,deinde & ſecũda vice, nam ſi nihil recepiſſet ab ea non eſſet opus ei reddere computum, immò nec poſſet,
9 † quia non entis nullæ ſunt qualitates l. eius qui in prouincia.ff.ſi cert. pet. & qui vult conſequens vult neceſſarium ſuum antecedens l. illud,de acquir. hæred.l.ad rem mobilem.ff.de
10 proc.cum ſimil. † Iſta eſt glo. not. in l. in contractibus.§.illis etiam.C.de non nume.pecun. Bal.& Ang.in ea lege.§.ſed quoniam,cum ſim. per Iaſ.in l.qui pecuniam.nu.4.ff.ſi cert.pet.& in l.2.§.fi.col.4.eod.titul.Dec.conſ.181.col.2. in fi.poſt Abb.in c.ſi cautio. in fin. de fid. inſtr. Crauet.conſ.114.nu.8.& conſ.272.nume. 18. Rol.à Val.conſ.17.nu.11.vol.1.& inde plures hincinde citans hanc partem ſequitur Emanuel Coſta.in l.ſi ex cautione.fallen.14. C. de non num.pecu.
11 † Tantoque magis dici debet hanc exceptionem non nume.pecu.quæ allegatur, Panceriæ non ſuffragari, quod ille dudum poſt fecit dictas oblationes de reddẽdo bono computu D. Aurelię.per quas dicitur debitũ,de quo in ſcripto.approbaſſe,& dictæ exceptioni renũtiaſſe, ſicut dicitur de priuilegiato vtente iure cõi, ꝙ priuilegio cenſetur renuntiare.l.ſi. C. de pact. Oldra.conſ.101.col.1.Crau.conſ.96.num.10.

12 † Nec dubium eſt renuntiationem exceptio-
ni non num.pecu.factam ex interuallo poſt in
ſtrumẽtum,vel aliam ſcripturam confeſsionis
mutui valere,& operari,quòd non poſsit oppo
ni talis exceptio, vt clarè determinat Bar. in l.
ſi ex cautione.lect.1.ad fi. C.de non num.pec.
per tex.in l.cum fidem,eo.tit.vbi Bal. & alii no
tant.& hoc etiam pulchrè declarat Caſt.in d.l.
13 ſi ex cautione.col.2. † dicens,ꝙ vbi fuit facta
renuntiatio ex interuallo, transfert onus pro-
bandi in renuntiantem ; quia videtur confeſ-
ſionem approbare,& ei dare vigorem, maximè
ſi in iudicio facta fuerit; quia tunc dici non po
teſt facta ſub ſpe futurę numerationis,ſed ad fi
nem ſententiæ ferendæ, nec etiam requiritur,
ꝙ lapſum ſit biennium,vt ille concludit, & latè
proſequitur ibidem Coſta in loco citato, at
hic, & in iudicio, & lapſo biennio factæ fue-
runt oblationes memoratæ, computando ea-
rum tempora cum ſcripto , igitur ſumus in
fortiori caſu.

Quin & aliud ex vltima oblatione colligi po
teſt ad maiorem corroborationem, quòd in ea
Panceria dixit ſe ſoluturum ( prima ch'io vo-
glia valermi dell'ecceptione del Monacato al-
14 legata per me ) † Nam per eius exceptionis in
cluſionem,ſiue reſeruationem, videtur excluſiſ
ſe dictam exceptionem non num. pecu. eique
tanto magis renuntiaſſe.l.cum prætor. ff.de iu
di.c. non ne. de præſump.cum vulgari. ſicut vi
demus in ſimili,quòd conductor qui quoſdam
caſus excepit,in quibus voluit petere poſſe re-
miſsionem,in aliis non exceptis cenſetur renũ
tiaſſe facultati petendi remiſsionem,vt per Io.
Andr.in addi.Spec.in tit.de loca.§.iam dicen-
dum,in addit.magna,ſequitur Rui.conſ.87.co
lum.fi.vol.1.Calca.conſ.23.col.3.& conſ.241.
Alex.conſ.3.vol.1.Grat.reſp.161.nu.19.vol.2.
Pariſ.conſ.38.vol.1.col.1.
15 † Nec meo iudicio tollitur hoc fundamentũ
per duas reſponſiones,quę dantur in dubiis co
lum.pen.quarum prior eſt, quòd cum dictæ ob
lationes emanauerint ad finem , vt cauſa com-
promitteretur, ideo non ſecuto d. effectu non
16 præiudicant † quoniam cum ſteterit per Pan-
ceriã,quominus compromiſſum ſequeretur,di
ctus finis & effectus haberi debet pro impleto
& ſequuto.l. iure ciuili.& ibi not.Bar.& alii.ff.
de cond.& demonſ.Ruin. conſ.166.nume.12.
volum.3.conſ.46.nume.9.volum.5.qui tenent
conditionem haberi pro impleta ad præiudi-
cium illius, per quem ſtetit quominus imple-
retur,Dec.in l.1.nume.5.C.de inſtit. & ſubſti.
in l.in iure ciuili.ff.de reg.iur.conſ. 629.in fin.
Cagnol.in l.quod quis.ff.de reg.iur.Gramma.
deciſ.102.nu.109.Zaſi.lib.2.intellect. cap. 25.
cum ſimilib.quos adducit Menoch. de arbitr.
iud.libr.1.quæſtio.68. nume. 38. quibus addi
poteſt Rol.à Val.conſ.73.nu.35.vol.1.Borgni.
17 Caualca. in tract.de curator.nu. 270. † tanto-
que magis, quòd maritus D. Aurelię primam
oblationem acceptauit,offerens ſe paratam cõ
promittere cauſam,ex quo ceſſat reſponſio du
biorum,qua dicitur,confeſsionem, quæ ſurgit
ex dicta oblatione,non fuiſſe acceptatam ; ſed
vlterius quicquid poſt Cyn. in l. 1. q.6.dixerit
18 Saly.q.15.C.de confeſ. † Confeſsio facta par
te præſente licet tacente nocet confitẽti, quia
ronimi,tenore inueſtiturarum ſuaque ultima
uoluntate,& quòd tantundem,quantum capit
dicta dimidia legitimæ prędictæ fuit in aliis
bonis domini Hieronimi aſsignatum domino
Io.Baptiſtæ, non eſt ueniendum ad petita per
36 eum † Quoniam primò dico , quantum perti
net ad nouitatem emphiteuſis & feudi quæſi-
torum per dominum Hieronimum , quòd ſa-
tis controuerſus eſt articulus, & intricata quę-
ſtio penes doctores , an in eis pater filiis poſ-
ſit præiudicare, uel uni pręlegando uel aliter
diſponendo,eoſque ſeriatim in utramque par-
tem refert Natta conſ.475.& conſ.501.per to-
tum,latiſsimè uerò Port.Imol. conclu. 22. re-
gularum libro 4.& Antonius Gabrielius con-
cluſione.2.lib.3.de iur.emphi.totque rationes
hincinde recitantur, ut in eis enarrandis ,&
diſcutiendis. *Ante diem clauſo tranſiret ueſper
olimpo.* Omnibus igitur ex induſtria præter-
37 miſsis, † id tantum dicam, non deeſſe , qui &
communem & magis communem teſtãtur par
tem negatiuam,ut Rui.conſ.48.col pen.uol.1.
Iaſ.conſ.213.col.4.uolum. 2. Soc. Iun. conſil.
32. num.5.uolum.1.& conſ.160.num. 44.uo-
38 lum.2. † Quę communis opinio de plano pro
cedit in aliquibus caſibus, in quibus noſter ad
unguem uerificatur.

Primus eſt, quando feudum , uel emphiteu
ſis gratis conceſſa fuerunt : quia pro illis ob-
tinendis inueſtitus nihil de ſuo dedit : tunc
enim filii uidentur habere ex mero beneficio
concedentis , ex quo ſequitur quòd cum nihil
habeant à patre,ius , quod habent ex perſona
alterius , pater non poteſt eis auferre. ita Bal.
in l.1.ad fin.C.per quas perſo.nob. acqui. quẽ
ſequitur Aret.in l.apud Iulianum.§.ſi quis ali-
cui.ff.de leg.primò,Cor.conſ.51. col. 2. conſ.
282.col.6.uol.3.Cur. Iun.in tract. de feud. in
4.par.ſub.numer 132.& Soc. Iun. in d. conſi.
72.ſub.num.35.uol.primo , demumque Port.
Imol.in d.conclu.22.col.pen.multos adducẽs
39 ut per eum, † ſicut & per Gabrielium num.
47. ubi dicit eſſe communem poſt Ruinum
conſil.154.col.fi.& cõſ.213.col.3. uol. primo.

Secundus eſt caſus , quando diſponeret in
perſonam



perſonam extraneam de feudo, uel emphiteuſi
40 non autem in unum, uel aliquos ex filiis,† pro
ut colligitur ex Caſtrenſe conſ.179.uol.primo
qui tenet partem affirmatiuam , reſpondens
ad tex.in c.1.de ſucceſ.feud.ubi dicitur, diſpo
ſitionem paternam non ualere in feudis,dicit,
quòd ille textus procedit quando pater diſpo
neret in perſonam extranei, ſecus ſi in perſo-
nam unius ex filiis,& hanc diſtinctionem per-
pendit Natta in d.conſ.475. nu. 10.conſ. 501.
nu.13.& 22.& conſi.504.nu.4.At in propoſito
noſtro,ſi dicere uellemus hęc bona emphiteu-
tica & feudalia fuiſſe relicta dominę Domini-
nicæ ſub inſtitutione uniuerſali , ſicque filiis
fuiſſe præiudicatum , & præiudicari potuiſſe
per dominum Hieronimum,nos diceremus ad
uerſus diſtinctiones doctorum , duoſque caſus
ſupra memoratos , quando feudum,uel emphi
teuſis gratis quæſita ſunt, ut hic per dominum
Hieronimum qui de ſuo nihil dedit pro illis
obtinendis,& quando in perſonam extraneam
fuit de illis diſpoſitum,ut hic in dominam Do
minicam inſtitutam,ergo quia contrarium te
nẽt,& concludũt doctores in dictis caſibus,fa-
teri oportet dicta bona non uenire ſub inſtitu
tione uniuerſali,ſicque non fuiſſe pręiudicatũ
filiis,ſed eos præter legitimam ſibi relictam in
bonis paternis liberis conſequi poſſe,& debe-
re dicta bona ex inueſtituris,in quibus uocati
ſunt ſiue comprehenſi, nec ad illa bona uenire
poteſt iure ſucceſsionis tanquam mater uelut
incapax, & in inueſtituris non comprehenſa.

Sola ſupereſt inueſtitura de bonis Nonan-
tulæ conceſſa domino Hieronimo quam in
proceſſu non uideo , ſed relatam tantum in cõ
41 ceſſa domino Io.Baptiſtæ filio ſuo , † quæ ubi
concepta fuiſſet ſub eadem uerborum forma ,
quibus dominus Io. Baptiſta fuit inueſtitus ,
videlicet pro ſe & filiis ſuis , & hæredibus , ac
ſucceſſoribus quibuſcũq; poſſet oriri difficul-
tas non mediocris,an emphiteuſis ſic conceſſa
diceretur ad extraneos hæredes tranſitoria ,
quem articulum latiſsimo folio ponit Rolan.
à Vall.conſ.96.uol.primo per totum , & conſ.
79.nu.29.& 35.uolum. 2. etiam de feudo lo-
quens , & partem affirmatiuam ſecutus , ſed
nec in illud pellagus ingredi neceſſarium
puto, cum doctores loquãtur , quando pater ,
uel alius expreſsè diſpoſuit de bonis emphiteu
ticis,uel feudalibus extraneo illa relinquens,
quod in caſu noſtro factum non apparet à do-
mino Hieronimo ſed relicta filiis tantum legi-
tima in bonis ſuis , in aliis omnibus hęredem
uniuerſalem inſtituit dominam Dominicam
42 uxorem ſuam, † ſub qua quidem inſtitutione
uniuerſali non uenit emphiteuſis , ſecundum
Bar.in d.§.ſi liberi , quem ſequitur Alex. conſ.
22.col.pen.uol.5.Goza.conſil. 75. num. 14. &
17.Natta conſ.475.ſub. num. ù4. circa. fin. &
conſ.501.nu.23.

43 † Quòd etiam confirmatur. Nam ſicut ui-
demus , quòd emphiteuſis non uenit in reſtitu
tione fideicommiſsi fienda extraneo ſecundũ
Cuma.& Alex.in l.ſi patroni.ff.ad Treb.Bal.in
l.cum uirum.C.de fideicom.Alex.conſi.2.col.
44 8.ver.ſed præmiſsis.uol.3. † ubi dicit eſſe cõ-
munem Rui.conſ.161.col. 2. uol.1. conſi. 28.
nu.4.uol.5.Rol.à Val.conſ.96.nu.11.uol.pri-
mo, pari ratione dici debet , quòd nec ueniat
emphiteuſis in inſtitutione uniuerſali facta de
perſona extranea , qualis eſt domina Domini-
ca , & quoniam plenius hoc comprobaui poſt
Aret.& alios , quos citaui , ulterius me non ex
tendam ſuper hoc,quia non ſummus in caſu de
trãſitu emphiteuſis ad extraneos hæredes, poſt
quam de illa dominus Hieronimus expreſsè
non diſpoſuit, non enim ſub inuolucro uerbo-
rum cenſetur de illa diſpoſitum .

Poſtremò uerò , quod dicitur tantumdem
in aliis bonis domini Hieronimi fuiſſe aſsigna
tum domino Io.Baptiſtę manifeſtè conuinci-
tur ex inſtrumento diuiſionis inter eum & fra-
tres emanatę bonorum , quæ prius eis fuerant
aſsignata per dominam Dominicam pro legi-
tima,nam in partem domini Io.Baptiſtæ poſi-
ta fuerunt bona Caſtrinoui Parmenſis,ut appa
ret in inſtrumento Canani rogato anno 1545.
15.Decembris,benè uerum eſt, quòd in partẽ
domini Franciſci marię poſita fuit poſſeſsio
Sabloncelli libera , quã nũc poſsidet dominus
Io.Baptiſta,ſed ea peruenit ad eum alio iure ,
quàm ratione ſuę legitimę, uidelicet ex inſtru
mento tranſactionis & ceſsionis iurium facto
cum Ill.domino Galeatio Gonzagio celebra-
to de anno 1561.ult.Septembris qui fuerat hę
res dicti domini Franciſci mariæ ex eius ulti-
mo teſtamento rogato per Capellinum anno
1558.17.Octobris,unde uanum redditur obie
ctum dominæ Dominicæ.

Præterea , uana quoque redditur eius inten
tio dicentis in euentum , quòd illa teneretur
relaxare dicta bona emphiteutica & feudalia
domino Io.Baptiſtæ, eum debere ſibi aſsigna-
re tot de bonis liberis penes ipſum exiſtenti-
bus videlicet poſſeſsionis Sabloncelli.quia nõ
habuit eam pro legitima,ſed aliundè, ut mox
dixi.Et ubi quoque quid habuiſſet liberũ pro
legitima,modo eam non excedens, non tene-
retur illud aſsignare matri pro dimidia legiti-
mæ domini Nicolæ ſpectantis ad eam ut hære
dem domini Ioa.Antonii, cum in bonis libe-
ris penes eam exiſtentibus , ſibi eatenus ſatiſ-
facere poſsit,ut ſupra dictum fuit. Quare deue
niri debet omnino ad petita per dictum domi
num Io.Baptiſtam,non obſtantibus iſtis leui-
bus & friuolis ſubterfugiis partis aduerſæ.

Poſtremò circa Cameras Palacii per ipſam
petitas breuiter aduerti debet. quòd ex quo
proponitur,tantum partem dicti palatii fuiſſe
filiis aſsignatam pro eorum legitima , quæ eſ-
ſet librarum ſex milium ut in dicto inſtrumen-
to aſsignationis,& iſtæ Cameræ uerſus Sanctã
Annam

Annam contigerunt domino Franciſcomariȩ,
ut in narratione facti per dominum Renatum
patet, & ille dominus Franciſcusmaria hære-
dem inſtituit Illuſtres dominum Galeatium
Gõzagã, deinde uerò ille ceſsit omnia iura ſua
domino Io. Baptiſtæ, ſequitur quòd dictæ Ca-
meræ ſpectent ad eum pro iuribus ipſius domi
ni Franciſcimariȩ, ſicq; ſibi pariter ueniũt rela
xandæ iuxta petita per eum.
45 † Vnum quoque nõ prætereo, quòd orete-
nus dicitur non in proceſſu deductum, nempè
quòd dominus Io. Baptiſta malè petit eas, de
quibus agitur, cum de euictione earum tenea-
tur, ut in inſtrumento diuiſionis anni 1545.
per regu. l. uindicantem. ff. de euic. ſed Reſpon
deo, quòd cum dictum inſtrumentum fuerit
46 annullatum, mater eo niti non poteſt. † Nam
clauſula prædicta euictionis uelut acceſſoria
inſtrumenti diuiſionis prædictæ eo caſſato &
inualido redacto, dicitur caſſata & annulla-
ta pariter, nec ullo modo ualet, ut de clauſula
conſtituti dicit Bal. in l. ex teſtamento. ad fi. C.
de fideicom. & in l. non dubium. oppo. 10. C.
de legi. ubi Iaſ. col. pen. Caſtr. conſ. 10. ſi uera
ſunt. col. 1. & conſi. 43. uidetur dicendum di-
ctam cauſam. col. 1. uol. primo cum ſimil. abun
dè cumulatis per Tiraquel. in tract. cõſti. 3. par.
limit. 7. num. 15.
Et ſi dicatur, quòd remoto dicto pacto, de
natura contractus diuiſionis alter alteri de eui
ctione tenetur. l. ſi familiæ. cũ ibi not. C. fam.
erciſ. & propterea debet adhuc obſtare domi-
47 no Ioa. Baptiſtæ regula d. l. uindicantem, † re-
ſpondetur, regulam prædictam locum non ha-
bere, quando res euincitur ex natura ipſius rei
exemplum, prout in terminis noſtris, quòd vni
fratri contigerunt bona allodialia, alteri uerò
feudalia, uel emphiteutica, promiſeruntque
ſibi inuicem de euictione, nam non impeditur
quis eorum petere dicta bona feudalia, uel em
phiteutica dato caſu ſucceſsionis, licet de eui
ctione promiſerit, ut per glo. Bar. Bal. Ang. Sal.
& omnes in l. ſi familiæ. C. fam. erc. Alex. conſ.
21. uol. 1. conſ. 15. in fin. uolum. 5. Crauet. cõſ.
211. col. 2. clariſſ. D. Paulus Leon. in l. qui Ro
mæ. §. duo fratres, nu. 298. ff. de uerb. ob. Rui.
conſ. 11. col. fi. conſ. 146. nu. 3. uol. primo, conſ.
7. col. fin. uol. 3. conſi. 72. nu. 5. uol. 5.
48 † Nec me mouet, quòd doctores loquan-
tur data ſcientia fratris, qui dicta bona in diui
ſione recepit, quia ut illi dicunt, imputan-
dum eſt illi, qui ea recepit, ut in ſpecie dicit
Leon. loco citato & per Cra. d. conſi. 11. ibi mo
do non ignoraret accipiens qualitatem rei, ꝙ
eſſet emphiteutica. Quoniam talis ſcientia be
ne probatur in domino Io. Antonio, cui dictæ
bona obuenerũt in ultima diuiſione facta per
peritos de anno 1568. iuſſu magnif. Signaturȩ.
49 † Nam quod attinet ad bona Nonantulæ, fit
fides ex campiono Abbatiæ de præſentatione
inſtrumenti inueſtiturȩ facta per dominum Ni
colã & fratres de Magnaninis, & ſic etiam per
dominum Io. Antonium, per cuius inſtrumen-
ti productionem arguitur eius ſcientia de con
tentis in eo, & ſic quod dicta bona eſſent em-
phiteutica dictæ Abbatiæ, ut per Caſtrenſ. cõſ.
94. clarum eſt. col. 2. & conſ. 382. col. 2. uol. 2.
cum ſimil. per Crauc. conſ. 26. col. 2.
50 † Quò verò ad bona feudalia Caſtrinoui Par
menſis apparent plures ſolutiones penſionum
factȩ per hæredes domini Hieronimi Magnani
ni, & ſic etiam per dominum Ioannem Anto-
nium tum Illuſtriſſ. domino Alfonſino, tum
poſt eũ Camerȩ Ducali ſucceſsiuis annis, quæ
pariter arguunt ſcientiam dictarum rerum feu
dalium, pro quibus cenſus annuus fuit ſolutus,
51 † prout dicitur de ſoluente legata, qui præſu-
mitur habuiſſe ſcientiam teſtamenti, in quo
facta fuerunt dicta legata, ut per Bar. & alios in
d. §. duo fratres. 3. q. ubi Leon. num. 389. citat
Cur. Iun. conſ. 49. col. pen. & D. ſuum Marianũ
reprehendit ut per eum.
Reſpectu uerò bonorum Finalis Mutinæ re-
cognitorum ab Epiſcopatu Mutinȩ, conſide-
randum eſt, quòd domiuus Nicolas Magnani
nus, dum uiueret, ſciuit ea fuiſſe iuris prædicti
Epiſcopatus, patet ex inſtrumento uenditionis
partis eorum, quam fecit unà cum domino
Franciſcomaria fratre ſuo, quod ad probandũ
dictam ſcientiam producitur, & ex inueſtitura
ſumpta de dictis bonis per procuratorem à di-
cto Epiſcopatu de anno 1556. inſtrumento ro-
gato per ſer Annibalem Cauallarinum, ex illis
enim inſtrumentis & actibus apparet, ipſum
dominum Nicolam ſciuiſſe, quòd dicta bona
erãt iuris & de iure Epiſcopatus Mutinæ, ſicut
& de cæteris eadem ſcientia dicti domini Ni-
colæ probatur ex dicto campiono & ſolutioni
52 bus, de quibus ſupra, † quibus ſic ſtantibus,
cum in ultima diuiſione poſt unionem facta,
fuerint aſsignata bona, de quibus in ea domi
no Ioanni Antonio uti hȩredi pro dimidia le-
gitimæ domini Nicolȩ, & ſubinde in dictis bo
nis domino Io. Antonio conſignatis uti hære-
di domini Nicolȩ ſucceſſerit domina Domi-
nica ex teſtamento d. D. Ioannis Antonii, pa-
tet quòd ipſe dominus Ioannes Antonius ſi vi
ueret & poſt eum D. Dominica non debet eſſe
melioris conditionis quàm eſſet dominus
Nicola ſi uiueret, & haberet dicta bona, nam
ſicut ei præiudicaret dicta conſignatio pro le-
gitima ſua, ſtante eius ſcientia, ita præiudica-
re debet eius hæredibus, uidelicet domino Io.
Antonio & ipſi dominæ Dominicæ, per regu-
lam. l. fin. C. de hȩred. inſtitu. & l. hæredem. ff.
de regu. iur. Meritò debet domina Domini-
ca omnino condemnari iuxta petita per domi
num Io. Baptiſtam.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

Pro



Pro Monaſterio Reuerendorum Fra-
trum Carmelitarum.

### ARGVMENTVM.

De monaco licentiato nunquid acquirat mo-
naſterio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Monaco licentiato ſi deferatur hæreditas eam mona
ſterio non acquirit.*
*Quod procedit in licentiato per expulſionem à mo
naſterio. 17.*
*Vel in translato ad Epiſcopatum. 18.*
2 *Monacus de monaſterio expulſus illi non acquirit.*
3 *Monaci licentiati veluti manumiſſi vel emancipa-
ti reputantur.*
4 *Moniales quædam translatæ in aliud monaſterium
ad illius curam non quærunt primo ſed ſecundo
maneſterio.*
5 *Fiſcus in aliorum defectum ſuccedit.*
6 *Monachus indiferẽter omnia quærit monaſterio. 10*
*Tam quæ habet in re quàm in ſpe. 7.*
*Et ſi nolit adire poteſt Abbas cum conſenſu capituli
eam adire. 8.*
*Nec eam monacus poteſt repudiare in præiudicium
monaſterÿ. 9.*
11 *Monacus licentiatus non dicitur abſolutus à mo-
naſterio.*
12 *Diſpenſatio ſtricti iuris eſt.*
13 *Monacus licentiatus ut ſit extra monaſterium
non deſiit eſſe Monacus ſui monaſtrÿ & illi quæ-
rit. 15*
14 *Iudouicus Silueſter Iur. conſultus Ferrarienſis lau
datur.*
16 *Papa poteſt dare monaco licentiam teſtandi.*
18 *Monacum translatum eſſe ad Epiſcopatum.*
*Vel extra monaſterium ſtare differunt. 19*
*Ratioq; differentiæ aſsignatur. 20.*
21 *Monacus quando præſumatur ſubeſſe monaſterio
vnde licentiatus fuit.*
22 *Cephalus conſi. 212. reiectus.*
23 *Temporis limitatio non tribuit nec aufert acquiſi-
tionem monaſterio.*

## CONSILIVM CLIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

*REuerendus frater Iulius Saluetus Ferrarienſis
ordinis Carmelitarum, & ibidem profeſſus di-
ſpenſatus à Reuerendiſſ. Vicelegato Bononiæ, ſibiq; da-
ta licentia commorandi extra domos & clauſtra or-
dinis, tandẽ vita functus fuit relictis quibuſdã bonis
maternis eidem obuentis poſt dictam licentiam. Qua
re fiſcus prætendens nullos extare illius ſucceſſores ſe-
culares, nec Reuerendos fratres Carmelitanos ei ſuc-
cedere poſſe, inſtetit ſibi dicta bona relaxari per dictos
fratres, vel alios ea detinentes. Quæritur ergo quid
iuris dicendum ſit.*

1 ET † prima conſideratione videtur
dicendum, prædictos fratres ex-
cludendos eſſe, per doctrinã Bal.
in l. Deo nobis. ad fi. C. de Epiſco
pis & cleri. vbi loquens de mona
co licentiato, dicit, quòd ſi ſibi deferatur hære
ditas, eam monaſterio non acquirit, nec illam
ad ire poſſet auctoritate Abbatis, ſequitur Are.
in l. ſi quis mihi bona. §. 1. ff. de acq. hȩred. lo-
quens de licentiato nec in alio monaſterio col
2 locato, prout in caſu noſtro cõtingit † & idem
tenet Bald. in Margarita ſua in verſicul. mona-
cus expulſus, vbi poſtquam dixit monacum ex-
pulſum de monaſterio illi non acquirere, velut
ab ipſo abſolutum, ſubdit idem, de licentiato,
hocq; præſenſit Inno. in c. ſicut, de re iud. dicẽs
ꝙ monacus poſt literas abſolutionis, nihil ha-
bet facere in primo monaſterio. Sentit ergo, ꝙ
illi nõ acquirit, ſicut Bal. in l. liberos. C. de coll.
3 † dicẽs, ꝙ monaci licentiati cenſentur ſicut ma-
numiſsi, vel emancipati, vel certè tanquam ab-
dicati. Igitur inde ſequitur, quòd monaſte-
rio non acquirunt.
Accedit, ꝙ diſpenſatus fuit, & data ſibi licen
tia cõmorandi prȩter clauſuras monaſterii, pro
ſubueniẽdo neceſsitatibus matris viduæ, nepo
tisq; pupilli pauperũ, q̃ licentia libera fuit, & ꝑ-
4 petua veluti nullo tꝑe limitata, † quare ſequit̃,
vt ſibi poſtea obuenta monaſterio ſuo non fue
rint quæſita, prout in alio ſimili caſu dȩtermi-
nat Cephal. conſ. 212. vbi translatis quibuſdã
monialibus de monaſterio ſuo, in quo plures
erant, in aliud vbi pauciores erant, concludit
legatum illis poſtea factum ſecundo monaſte-
rio quæri, non autem primo. motus ex allega-
tis per eum; quia libera fuit translatio, cum nul
lo tempore fuerit limitata. Quibus ita ſtanti-
bus, quòd monaſterium dictorum fratrum re-
5 pellatur, & alii nõ extẽt ſucceſſores, † ſequitur,
fiſcum admitti, qui venit in aliorum defectũ,
vt legitur & nota. in l. 1. vbi Iaſ. poſt alios. C.
vnde vir.
Diligentius tamen conſiderando in contra-
riam ſententiam deſcendo. Nam de profeſsio-
ne dicti Reuerendi D. Iulii ædita in monaſte-
rio S. Pauli ordinis Carmelitarũ ciuitatis Fer-
rariæ, conſtat in primis ex breui dicti Reuerẽd.
Vicelegati, qui ſic eum appellat, & ex libris ip-
ſius monaſterii, in quibus ſimiles profeſsiones
notãtur, & ex pluribus teſtibus id comprobari
6 poſſet, ſi opus eſſet † igitur per eum ſic profeſ-
ſum dicta bona monaſterio prædicto fuerunt
quæſita, quia monacus indiferenter omnia quȩ
rit monaſterio ſuo quæ ſibi quærere non poteſt
c. cum ad monaſterium. de ſta. reg. c. cum olim
7 2. de priu. & ibi not. Abb. 6. loco † dicens ꝙ om
nia quærit monaſterio, quæ habet intrans tam
in re, quam in ſpe, vt not. in c. ſi qua mulier. 19.
q. vlt. & in auth. ingreſsi. C. de ſacr. ſan. eccl. vbi
Iaſ. nu. 13. poſt Alex. conſ. 209. colum. 4. vol. 2.
idemque ponit Alexand. in l. non amplius. in

princip.nume.5.ff.de legat.primò & in l. 1. §.
per ſeruum,nume.12.ff.de acquirend. poſſeſſ.
8 † vbi poſt Cyn. in dicta l. Deo nobis. dicit,
quòd ſi Monaco delata ſit hæreditas,quam no-
lit adire, poteſt Abbas cum conſenſu Capituli
eam adire nolente Monaco, & ſine conſenſu
ſuo,ſecutus opinio.Ioan.Andr.in capit.in præ
ſentia.de proba.quam ſequuntur cano. ſicut &
Bartol.in l.1.ff.de vulgar.& pupil. & tuetur A-
lexand.ibi nume.21. Guil. Main. in l. non de-
bet.nume.16.ff.de regul.iur.& Curt.Iun. con-
ſilio 48.numero 8. vbi vult, hoc procedere,li-
cet Monacus mortuus fuerit extra monaſteriũ
9 prout contingit in caſu noſtro, † & hinc pro-
diit illud, quod dicitur,Monacum hæreditatẽ
ſibi delatam repudiare non poſſe in in præiudi
tium Monaſterii,ſignum euidẽs, quòd illa per
cum Monaſterio veniat acquirenda, vt tenet
Specul.& Ioan.And.in tit.de ſtatu Monac.ver
ſicul.octauo.Io.And. Abbas & alii in capit. in
præſentia.de probatio.cum ſimilibus per Fran
ciſcum Marci. quæſtione 311. prima parte:
10 † eſt enim regulare, quòd Monacus acquirat
Monaſterio,vbi profeſſus eſt, vt idem Franciſ.
Marc.dicit quæſtio. 104. nume. 1. prima par.
& quæſtio. 566.ſecunda par.& illud facit hęre-
dem,vt ponit Dominus Aſtor de Guidonibus
conſi.61.nume.1.libro primo.vltimarum volũ
tatum. & hanc partem tenendo, non obſtat, ꝙ
dicitur de licentia ſibi data ſtandi extra clau-
11 ſtra Monaſterii,nam non inde dicitur abſolu-
tus à monaſterio,nec ab eius obedientia, ſicut
nec ab eius conſortio ſeiunctus, capitulo quod
Dei timorem, de ſtatu monac. & quia mona-
cus obligatur ad duo,primò monaſterio, ſecun
dò,ne illud exeat,capitulo. Ioannes,& ibi tra-
dit Abbas de regular.igitur licentiatus, vel li-
beratus à ſecundo remanet adhuc obligatus
circa primum,& ſic ad ſeruandum obediẽtiam
12 monaſterio, † quia diſpenſatio ſtricti iuris eſt,
& in vno facta non porrigitur ad aliud,capitu-
lo primo & ſecundo de fil.pręsbi. in 6. Ita Iaſ.
conſi.77.colum.3.verſiculo quinto principali-
ter.uol.1.igitur quęſita per eum interim per-
tinuerunt ad ſuum monaſterium, prout in ter-
minis decidit Anch. conſil. 352. pro clariori
13 repetito in conſil.424. † Vbi concludit, talem
Monacum licentiatum,ut ſit extra monaſteriũ
non deſiiſſe eſſe Monacum ſui Monaſterii,
idque retinere iura ſua in Monacum, & per
eum ſibi quęrit, ſicut per ſeruum domino c.
non dicatis.12.q.1.

Idque pręter Anch. confirmatur, quia tali-
ter licenciatus non deſinit eſſe ſub obedientia
ſui Abbatis, ut uoluit Abb. antiquus in c.cum
illorum,de ſent.exco.& Fely. poſt Abba. in c.
ex reſcripto.nu.4.de iureiur.& ultra Anch.de-
cidit hoc idem in terminis noſtris Bero. conſi.
14 76.volum.primo, † ſubſcribendo conſilio do-
mini Ludouici Silueſtri, aliàs doctoris Ferra-
rienſis egregii,quem & noui,& magnam illius
eruditionem admiratus ſum. Vult enim Be-
rous, quòd quando Monacus ex licentia ſu-
perioris,vel ſedis Apoſtolicę manet extra mo-
naſterium,abſque eo,quòd ad aliud monaſte-
rium,vel Eccleſiam ſecularem, vel pręlaturam
legitimè translatus fuerit, cum adhuc mona-
cus remaneat,& monaſterio, in quo profeſſus
eſt dicatur obligatus,capitulo per tuas,de voto
d.c.Ioãnes,& ibi Abb.de regulari.igitur quic-
quid interim acquirit,nõ ſibi, ſed monaſterio,
in quo profeſſus eſt, acquirit,adducit Anch. in
dictis locis,& latius hanc concluſionem confir
mat,vt per eum, quare ſic & in caſu noſtro illi
penitus conformi determinandum eſt.
15 † Tantoque magis hęc concluſio de plano
procedit ſtante breui Sanctiſsimi Domini No
ſtrii Pii V.Carmelitis & aliis conceſſo; in quo
prohibet ordinariis, ne aliquo modo ſe intro-
mittant in bonis dictorum fratrum extra clau-
ſuram ſuorum monaſteriorum pro tempore de
gentium,ſiue decedentium, & quamuis in ha-
bitu,ſiue abſque habitu moriantur vult, quòd
eorum bona mobilia & immobilia ad ordinẽ,
quem profeſsi ſunt,pertineant, & vt ibi latius,
quo breui res iſta clariſsima redditur, & ſine ul
la difficultate.

Confirmatur inſuper. Nam Sum.Pontif.li-
centiam tantùm dedit dicto fratri commoran-
di extra monaſterium,non autem teſtandi,nec
16 de bonis diſponendi, † prout potuiſſet, ut uo
luit Bald.in l.certum,colum. 7. uerſiculo item
non eſt dubium,C.vnde leg.in auth.niſi roga-
ti.colum.penul.uerſiculo quęro quid ſi mona-
cus.C.ad treb.& in l.ſi quando.in fi.C.de inof.
teſtam.Caſtr.in l.& militibus.C.de teſta.milit.
quas authoritates adducit & ſequitur Iaſo. in
auth.ingreſsi.col.3.C.de ſacroſanc.eccleſ.Nat
ta conſ.508.nu.7. meritò remanſit hic mona-
cus ſub regula iuris communis in hoc,ꝙ mona
ſterio ſuo acquiſiuerit dicta bona materna ſibi
delata; quia quod non mutatur ſtare non pro-
hibetur l.ſancimus, C. de teſta. l. pręcipimus.
in fi.C.de appella.
17 † Nec obſtat deciſio Bal.in d.l.Deo nobis. ad
fi.loquitur enim de licentiato mediante expul
ſione:dicit enim, aut fuit expulſus & licentia-
tus à monaſterio,& tunc amodo illi monaſte-
rio non quærit,& ita eum intelligit Andr. Si-
cul.conſ.65.col. 5.uol.4.de quo expulſo planũ
eſt, eum non acquirere illi monaſterio à quo
fuit expulſus,ut per gl.& Docto.in c. 1. in fi.de
infan.langui.
18 † Pręterea Bal.ſe fundat in c.cum olim ſecun
do de priuileg.ideo debet intelligi ſecundum
illud,ut per Bar.in l.non ſolum.§. liberationis.
ff. de lib. leg. ſed ille tex. loquitur de monaco
tranſlato ad epiſcopatum, nimirum ergo ſi qđ
acquirit,non acquirit monaſterio, ſed Epiſco-
patui,ut ibi eſt caſus, & Abb. & alii ſic decla-
19 rant † Nos uerò loquimur, quando mona-
cus qui de licẽtia ſuperioris,uel Papę è mona-





ſterio exiuit,vt extra illud ſub certo habitu re-
ligioſorum,vel clericali viueret,aliter non fuit
alicui Eccleſię dedicatus, nec ad aliquam pręlaturam, ſeu rectoriam habentem adminiſtra-
tionem translatus, nam ſi quid huic fuerit ac-
quiſitum,non ſibi;quia adhuc eſt monacus,ſed
monaſterio, in quo profeſſus eſt acquirit. Ita
formaliter reſpondet Bero.in dicto conſi. 26.
nume.11.pręcisè decidens hunc caſum,ibique
pariter reſpondet Aretin.in dicto §.primo,ſu-
20 pra citato † & ratio manifeſta differentię
ſurgit inter illum caſum Baldi & noſtrum;
quia quando monacus egreſſus monaſterium
fit epiſcopus abſoluitur ab obedientia Abbatis
ſui. Gloſa in capitulo ſtatutum. 18. quæſtio-
ne prima in fin. quam ſequitur Franciſ.Marc.
quęſtione 834. ſecunda parte. Vnde nimi-
rum ſi non quęrit Monaſterio ſed Epiſcopa-
tui. At ſecus in caſu noſtro, cum rema-
neat ſub obedientia ſui monaſterii, ex quo
21 non fuit alibi translatus, † & hoc etiam con-
firmatur ex ipſo breui,vbi conceditur ſibi mo-
rari extra domos & clauſtra ſui ordinis, de li-
centia tamen ſuperiorum ſuorum ad id petita,
quæ qualitas arguit illis,eum adhuc ſubiectum
remanere,& licet ſubiiciatur, licet non obten-
ta,tamen id dicitur,ne ſit in facultate ſuperio-
rum nolendo,reddere conceſsionem eluſoriã,
ſed in cęteris remanet ſub obedientia monaſte
rii & ſuperiorum ſuorum. Quòd etiam patet,
nam conceditur & facultas incedendi religio-
nis habitu dimiſſo,illo ſui ſecretè retẽto,quod
etiam denotat ab ordine,vel Monaſterio illum
non eſſe penitus abſolutum

22 † Poſtremò non obſtat quod inquit Ceph.
conſil. 212. nam deciſio ſua conuincitur ex a-
lia Beroi.quęſtione 83.quem pro ſe citat, cum
tamen illi repugnet,nam ponit caſum,quando
profeſſus in vno monaſterio cum aliis ſeptem
Monacis fuit in alio Monaſterio ad curam ani-
marum deputatus ex literis Apoſtolicis, & ibi
deceſſerat. Vultque bona quæſita per eum de-
beri monaſterio,in quo fuit profeſſus,& tamen
illa deputatio non fuit limitata certo tempo-
23 re,ſicut nec in caſu ſuo dicit Cephalus † tem-
poris ergo limitatio, vel non, non tribuit,nec
aufert acquiſitionem monaſterio, ſed qualitas
conceſsionis Monacho factæ,nam ſi particula
ris fuit, eatenus tantum præiudicat Monaſte-
rio,non autem pręter eam, per doctrinam Sa-
lycet.in l.qui manumittitur.C. de oper. liber.
vbi determinat, quòd licentia Abbatis data
Monacho ad vnum caſum,uel effectum,extra il
lum non priuat Abbatem vel Monaſterium po
teſtate ſua; quia limitata cauſa limitatum
producit effectum l. in agris. ff. de acquirend.
rer.dom.

Et ita de iure concludo in præſenti articulo.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro hæredibus D.Serenæ Verratæ.

### ARGVMENTVM.

De muliere intra annum luctus manum ſecundo viro tangente,literas accipiente, quibus eam conſortem uocabat,& ab eo oſcula recipiente,nunquid ſubiiciatur pœnis leg. primę.C.de ſecund. nup. & quid etiam de nubente pulcherrimè tractat.

### SVMMARIVM.

1 *Intellectus leg.primæ.C.de de ſecun.nu.52.*
2 *Viduitas & honeſtas in quibus verſetur.*
2 *Mulier ſecundò nubens poſt tempus luctus iuſtè potius quàm honeſtè facit.*
*Et in culpa dicitur apud Virgilium, immo dicitur adulterare thorum prioris viri.*
*Et plus ſimplici mæcha peccat.*
3 *Mulier quando malè morigerata dicatur.* 54.
4 *Manus tactus & oſcula dicuntur præparatoria nuptiarum.*
4 *Mulier priuatur dote propter adulterium.*
*Et etiam propter oſculum luxurioſum.*57.
*Quod ibi declaratur quomodo procedat.*
5 *In legato dicitur tractari de lucro.*
6 *Faciendum de proximo habetur pro facto.*
*In fauorabilibus tamen non pœnalibus.* 59.
7 *Mulier de proximo copulanda habetur pro copulata.*
8 *Sponſa de præſenti dicitur deſtinata ſic in domo viri vt eum ſequi debeat.*
9 *Lex prima C.de ſecund.nup.procedit in nuptijs non in ſponſalibus tantum.*
10 *Vxoris appellatione non venit ſponſa.*
*Et quando* 14.
11 *Mulier tempore luctus poteſt uiro deſponſari.*
*Et matrimonium inchoare non autẽ conſumare.*12
13 *Statutum puniens matrimonium in certo caſu intelligitur de conſumato.*
*Nec ad ſponſalia porrigitur.*
15 *Statutũ vel lex licet quandoq; extendant non tamen quò ad pœnam.*
16 *Pœna ut comittatur delictum debet eſſe conſumatũ.*
17 *Matrimonÿ appellatione intelligitur de conſumato.*
*Initiatur enim per ſponſalia ſed per copulam confirmatur.*18.
18 *Lex prima.C.de ſecun.nup.intelligi debet de matrimonio conſumato non autem de ſponſa.*
19 *Mulier ſecundò nubens infra annum luctus non propriè dicitur delinquere.*
20 *Pœna vbi imponitur ipſo iure requiritur actus conſumatus.*
22 *Voluntas teſtatoris totum facit.*
*Etiam tacita.*
23 *Dos reſtitui debet mulieri ſoluto matrimonio.*
24 *Legatum vxori factum plenius venit interpretandum.*
*Licet regulariter ſtrictè, niſi coniunctæ perſonæ ſit factum.*25.
26 *Repetitio cum ſuis qualitatibus quando fieri debeat.*

27 *Bona mobilia mulieris quæ peruenerunt ad virum ſoluto matrimonio pure illi reddi debent.*
28 *Legatum medium recipit interpretationem à præcedenti & ſequenti.*
29 *Animus in facto præſumitur ex dictis ante factum.*
30 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
31 *Maritus an poßit dare licentiam vxori nubendi infra annum luctus. diuerſæ ſunt opiniones.*
32 *Mulier ſecundò nubens facit iniuriam primo viro.*
*Quam tamen ille remittere poteſt.* 33.
34 *Nubere intra annum dicitur contra bonos mores.*
*Et quando ſit declaratur.*
35 *Mulier poteſt ſecundò nubere intra annum de conſenſu primi viri.*
*Quæ verior eſt & communis opi.* 36.
37 *Pœnæ leg. 1. C. de ſecun. nup. ſublatæ ſunt de iure canonico.* 44.
*Paßimq́;.* 46. 47.
*Et quales declaratur.* 38.
*Et eſt communis opinio. canoniſtarum & legiſtarum.* 39.
*Et magis communis* 45.
*Nec ab ea recedi debet in iudicando & conſulendo.*
*Et ratione confirmatur.* 40.
41 *Lex tollere poteſt iniuriam & facere quòd actus non ſit iniurioſus.*
42 *Cauſa matrimonialis eſt ſpiritualis.*
43 *Anima lege diuina regulatur.*
46 *Mulier poteſt ſecundò nubere impune de iure cano. infra annum luctus.*
*Tam eo tempore quo ſubeſt timor turbationis ſanguinis quàm poſt.*
*Reprobata quorundam diſtinctione.* 47.
47 *Sigiſmundus Diſcalcius Iur. conſultus Ferrar. apud Imperatorem Maximilianum legatus.*
48 *Mulier ſecundò nubens infra tempus luctus non cognita tamen à ſecundo viro non patitur aliquas pœnas.*
*idem ſi volentibus hæredibus primi viri.* 50.
49 *Scientia præſumitur ex communi habitatione.*
50 *Mater ſecundò nubens volentibus filijs non incurrit pœnas eorum fauore inductas.*
*Et cautela eſt facere eos conſentire.* 51.
53 *Pœna priuationis locum non habet niſi in caſibus de iure expreßis.*
55 *Mulier vidua remanens & virgo propter repentinã ſponſi mortem iterum nubendo non facit contra bonos mores.*
*Nec perdit legatum ſibi factum ſi non nupſerit.*
56 *Intellectus aucten. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen.*
58 *Manus tactus, oſcula & amplexus operantur tranſitum ad matrimonium quando præceſſerunt ſponſalia.*
59 *Lex pen. ff. de teſt. mil. declaratur.*
59 *Doctorum appellatione non veniunt licentiati in pœnalibus & odioſis.*
60 *Affectus non punitur in delictis non atrocioribus ſicut effectus ſecutus.*
*Nec vbi ciuiliter agitur.* 61.

## CONSILIVM CLV.

*Auxilium meum à Domino.*

PROPONITVR, honeſtam do
minam Serenam de Veratis ami-
ſiſſe legatum mobilium & ſcu-
torum 500. ſibi factum per Ex-
cellentiſsimum Dominum Sigiſ-
mundum Diſcaltium eius maritum; quia in-
tra annum luctus nupſit in hunc modum, ma-
num viro ſecundo tangendo, literas ab eo re-
cipiendo, quibus eam conſortem vocabat, &
ab eo deoſculari patiendo, dum infirma lecto
1 iaceret † text. enim in l. prima. C. de ſecund.
nupt. pœnam prædictam imponens loquitur
de muliere, quæ nequaquam luctus religio-
nem priori viro præſtiterit, quæ religio pro
honeſtate deſumitur ſecundum Ioannem de
Garonibus numero ſexto, vt probatur in au-
thentic. de nupt. §. ſin autem tutelam. ibi,
& licet filios non habeat, propter ſolam hone-
ſtatem hoc agunt, quod eſt intelligendum de
religione, & honeſtate non habitus vidualis,
2 † quia viduitas & honeſtas non conſiſtit in la
crimis & habitu nigro, ſed in pudicitia vidua-
li, vt volunt Baldus & Doctores in l. decreto,
C. ex quibus cauſ. infam. irrog. Hinc Con-
nanus in Commentar. iuris ciuilis. libro octa-
uo, capitulo ſeptimo, columna quarta, ſcri-
ptum reliquit, quòd cum legibus patriis ex
Dei præcepto parendum ſit, & præceptum ſit,
vt annum integrum mulier lugeat maritum,
non rectè faciet ſi antequam eluxerit alii nu-
bat. Et licet matrimonium valebit, tamen
legis ciuilis pœnam debebit incurrere. Qui-
nimmo fortius ille ſubdit, quòd mulier poſt
luctus tempus legitimè ſecundò nubens, iu-
ſtè potius quàm honeſtè facit, & non tam le-
ge prohibente quàm permittente. Itaque Pœ-
ta Didonẽ ſic inducit loquẽtem cum poſt mor
tẽ Sichæi mariti de coniugio Eneæ cogitaret.

*Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ.*

Culpam uocat ſecundas nuptias, & vt ſcri-
bit Valerius Maximus libro ſecundo, olim
quę vno matrimonio contentæ fuerant co-
rona pudicitiæ honorabantur, multorum ve-
rò matrimoniorum experientia legitimę cu-
iuſdam intemperantię ſignum eſſe credeba-
tur. legitimam intemperantiam appellat ſecun
das nuptias, quòd & ſi legitimè, intemperanter
tamen facit, quæ duorum ſe concubitu quaſi
proſtituit, vt etiam Martialis.

*Quæ nubit toties, non nubit adultera lege eſt.*
*Offendor mœcha ſimpliciore minus.*

Adultera dicit eam quæ prioris viri tho-
rum, poſterioris mariti adulterio polluit,
quod; quia lege facit non prohibente, adulte-
ram eſſe legitimam, quæ tamen plus peccat ip-
ſa, quàm ſimplex męcha, hæc enim & lege tole-
rante facit, quod facit, & fidem ſuam nõ violat

quam



quam nulli vnquam obſtrinxit. Itaque multæ
fuerunt ciuitates Germanorum, vt ſcribit Ta-
citus, apud quas viduis mulieribus non licuit
iterum nubere. At iſta domina (vt ad eam re-
deamus prædictis annuendo, non videtur pudi
citiam vidualem ſeruaſſe, meritò pœnæ prædi-
ctæ locus eſſe debet.
3 † Secundò cõfirmatur. Nam lex illa inducta
fuit ad corrigendos malos mores, ut in ea di-
citur ibi. Ne in his, in quibus correctionẽ mo
rum induximus, & ibi not. Cyn. Bald. & Saly.
& alibi plures, quos cummulat ille Io. de Ga-
ro. nu. 44. ſed iſta domina, quæ tactui manus
aſſenſit, ſicut & literę eam conſortem uocanti,
demumq́ue oſculo, uidetur fuiſſe malè mori-
gerata, meritò ad corrigendos eius malos mo-
res pœnæ dictæ legis primæ locus eſſe uidetur.
4 † Tertiò fortius accedit, quòd ille tactus ma-
nus & oſculum dicuntur præpraratoria nuptia
rum. Vnde ſicut propter nuptias legato priua-
retur, ita per dictos actus, ut uidemus, quòd
ſicut mulier priuaretur dote propter adulteriũ
cap. plerunque, de donat. int. uir. & uxo. ſic &
propter oſculum, vt voluit Bald. in cap. tuæ. de
proc. de quo Dec. & alii in rubrica C. de eden.
& in rubric. de iud. Crot. in l. 2. nume. 13. ff.
ſolut. matrimo. cum ſimilibus & ſi priuatur do-
5 te ſua, in qua tractat de damno † fortius hic
legato priuari debet, in quo tractat de lucro l.
ſi hæreditatem. ff. mand. glo. in §. ſi res aliena.
6 inſtit. de lega. † bene facit regula. l. penultim.
ff. de teſtam. milit. vbi de proximo faciendum
habetur pro facto, & potentia propinqua actui
habetᷓ pro actu, ſecũdũ Bal. ibi. Vnde Sal. in l. cũ
7 te. C. de don. an. nup. inquit, † ꝙ mulier habe-
tur pro coniuncta, & carnaliter copulata viro,
quę de proximo copulanda eſt, & plura conge-
rit exempla Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter
vir. §. 38. at hæc domina Serena de proximo e-
rat vxor futura viro ſecundo & illi copulanda,
niſi fuiſſet infirmata, & morte præuenta, meri-
tò pro tali debet haberi, & ſic pœnæ dictæ legis
primæ locus eſſe debet.
8 † Quibus, & aliud addi poteſt, quòd ſponſa
de præſenti dicitur eſſe deſtinata in domo viri
ſic, vt eum ſequi debeat quo vadit honeſtè, vt
not. Cyn. & Doctor. in l. liberti libertęque. C.
de oper. lib. Bar. in l. Meuia. §. final. ff. de annu.
legat. quoniam qui de proximo cingendus eſt
habetur pro cincto, dicta l. penul. ff. de teſtam.
milit. ſequitur Roland. à Valle in tractat. de lu-
cr. dot. quæſtio. 106. nume. 15. & ita videntur
hæredes teſtatoris in recuſando præſtare lega-
tum hęredibus dictæ dominæ, quæ poſtea quo-
que deceſsit, ius fouere.
9 † Iſtis tamen non obſtantibus contrariam
ſententiam veriorem & humaniorem ample-
ctor. & moueor per tex. in dicta l. prima. in ver-
bo nuptiarum, per quem notat ibi Ioann. de
Garo. numero octauo, quòd ſi nuptiæ factæ
non eſſent infra annum luctus, ſed facta eſſent
tantum ſponſalia, etiam per verba de præſen-
ti, tamen non incurrit ſic deſponſata infra an-
num luctus pœnas illius legis. Ita vult ille tex.
dum dicit nuptiarum feſtinatione, ſed & pul-
chrior & clarior adduci poteſt in l. ſolet. §. pri-
mo ff. de his qui not. infam. vbi dicitur, quæ
virum luget, intra id tempus ſponſam fuiſſe
non nocet. Si enim id non nocet, ergo non a-
10 mittit legatum ſibi factum, † & ex illo text.
not. Angel. quòd appellatione vxoris non ve-
nit ſponſa; quia matrimonium non eſt prohi-
bitum perpetuò, ſed infra tempus luctus tan-
tùm. Vnde ſubdit Angel. ad matrem, quæ ſu-
ſcepta. tutela, nec dum ratione reddita contra-
xit ſponſalia; vt non ſubiiciatur pœnis, de qui-
bus loquitur auth. iiſdem pœnis C. de ſecund.
nupti. inter quas eſt amiſsio legati ſibi per
11 virum facti, dicto. §. ſin autem tutelam, † &
de hoc eſt gloſſ. notab. in capitulo vir. ad finem
33. quæſtione quarta, dicens, quòd ſecundum
leges mulier poteſt tempore luctus alii viro de-
ſponſari, ſed non tamen traduci, citat text. in
dicto §. primo, ſequitur Felyn. in capitulo ter-
tio loco. columna quarta, de præſumptio. & in
rubric. de ſponſ. columna quarta, dicens, quòd
pœna appoſita ſecundum leges contrahenti
matrimonium tempore luctus, non extendi-
tur ad contrahentem ſponſalia de præſenti, &
cum prædictis etiam concordat Odofred. in
12 l. 1. C. ſi rect. prouin. † dicens, quòd matrimo-
nium poteſt inchoari, ſed prohibetur conſuma
ri, vt in muliere; quæ eſt intra tempus luctus,
quæ conuoluat ad ſecundas nuptias, quæ no-
tatur infamia, dicta l. prima C. de ſecund. nup.
& tamen poteſt ſponſalia contrahere, quare
concludendo, ſi ſponſalia non ſufficiunt ad in-
currendam pœnam priuationis legati, mul-
to minus in caſu noſtro, in quo nec etiam ſpon
ſalia interuenerunt, pœnæ prædictæ locus eſ-
ſe debet.
13 † Secundò confirmatur hæc concluſio de
mente Ancharani conſilio 21. pro ſolutione
dubiorum, columna tertia, verſicul. tertiò pon-
derandum, vbi dicit, quòd ſtatutum puniens
contrahentem matrimonium in certo caſu, in-
telligitur de matrimonio conſumato, nam an-
te iura appellant ſponſum & ſponſam, non au-
tem vxorem & maritum, vt patet in toto titu-
14 lo de ſponſa. † ſtatuta autem pœnalia, quæ
loquuntur de matrimonio, non extenduntur
ad ſponſalia tantum, nec ſtatutum quod lo qui-
tur de vxore, habet locum in ſponſa; cum tra-
ctamus de odio, ſecus ſi de fauore, vt not. Cyn.
in l. non ſine. C. de bonis quæ liberis. initia-
tur enim matrimonium per ſponſalia, & per
carnis copulam conſumatur. idemq́ue probat
15 Bald. in l. 2. C. de patri. qui fili. diſtraxe. † Hinc
licet lex, aut ſtatutum extendantur in dicto, ta-
men non extenduntur quò ad pœnam gloſſa,
in l. final. ff. de in ius vocando, Ioannes An-
dreas in capitulo diſpendia. de reſcriptis.

 in

ſn ſexto Roland.de Curt.conſilio 75. numero
43. primo Tomo criminalium, vnde ſubdit
Ancharan.quòd licet in caſu ſuo à principio
ſponſaliorum patris voluntas non interuenit,
tamen quia poſt notitiam ante copulam ſuper
uenit,uel ſaltè non contradixit,pœna priuatio-
16 nis non debet eſſe commiſſa, † quia cum ciui-
liter agitur, non autem criminaliter ad pęnā
committendam, debet delictum eſſe conſu-
matum.l.uulgaris,§.qui furti.ff. de fur.& hanc
deciſionem Anch.ſequitur & confirmat Fely.
in d.c.3.loco.col 4.de præſump.
17 † Et ulterius comprobari poteſt: quia ap-
pellatione matrimonii, & coniugum intelligi
tur de matrimonio conſumato, & de his, qui
matrimonium conſumauerunt, ut eſt tex.in c.
ex publico.ubi Abb.col.2.de cōuerſ.coniugat.
& conſil.primo colum.2.prima par. nam ante
talem conſumationem iura appellant. ſpon-
ſum & ſponſam,non autem maritum & uxo-
18 rem, ut per Anch.conſil.21. col. 3. † initiatur
enim per ſponſalia,& per carnis copulam con-
firmatur c.ſtatutum.§. ſed ſciendum, 27. q. 2.
idemq́ue Dec.in l.nuptias.de regul.iur.& con-
ſi. 540. colum. 2, Roland. à Valle de lucr.dot.
quæſtio.106.nume.20.hæc autem deciſio An-
charani & ſequacium caſui noſtro famulatur
à fortiori, cum in eo non interuenerint etiam
ſponſalia, & materia ſit odioſa velut pœnalis,
igitur dicta lex prima,de ſecund.nupt.loquens
de muliere & viro,& ſic de vxore & marito hoc
eſt de matrimonio conſumato, ſecundum Ioa.
de Garo.num.6.ad fi.& de matrimonio ibi,per
immaturū matrimonium,non debet habere lo
cum in ſponſa,minusq́ue in nondum deſponſa
ta,tantoq́ue magis;quia ſi vult Anch.quòd vbi
ciuiliter agitur ad pœnam propter delictum,
19 debet illud eſſe conſumatum † fortius in caſu
noſtro,in quo muliere nubente infra annum lu
ctus,non eſt propriè delictum, ſecundum Ang.
in dicta l.1.& Ioan.de Garo.nume. 48. factum
debet eſſe conſumatum,quod etiam confirmat
nume.8.per doctrinam Andreæ Siculi in c. 2.
colum.3.verſiculo nota.ibi,de foro competen.
20 † vbi poſt Ioan.Andream dicit, quòd quoties
lex imponit pœnam ipſo iure ſemper requiri-
tur actus conſumatus & perfectus, ſed per ma-
trimonium mulier incurrit infamiam ipſo iu-
re,dicta l.1.ibi ex iure quidem notiſſimo ſit in-
famis,ergo matrimonium debet eſſe conſuma
tum,quare nec ſponſalia ſufficiunt, nec multo
minus tactus manus, nominatio nuda conſor-
tis, aut oſculum, quæ præſupponuntur in-
teruenisſe.
21 † Tertiò dico fortius,quòd & ſi dicta Domi-
na accepiſſet & matrimonium conſumaſſet in-
fra tempus luctus,adhuc dictum legatum con-
ſequi debuiſſet,non autem illud amiſiſſet, ad
quod probandum pondero diligenter verba
22 teſtatoris † cuius voluntas totum facit l. in
conditionibus. ff. de conditio. & demonſtrat.
etiam tacita l.cum proponebatur. cum ibi not.
ff.de legat.ſecundò. Nam primò iure reſtitutio
nis dotis reliquit ei ſcutos mille pro dote ha-
bitos, quod legatum ſine dubio non recipit
conditionem de non nubendo infra tempus
23 luctus;immo totum contrarium, † nam ſolu-
to matrimonio dos reſtitui debet mulieri, vt
rurſus nubere poſſit, & in hoc intereſſe reipu-
blicæ verſatur, vt inquit text. in l. 2. ff. de iure
dot. videlicet ad ſobolem procreandam, re-
plendamq́ue liberis ciuitatem, vt dicitur in l.
1.ff.ſoluto matrimo.quod arguit nuptias,quan
to citius fieri debere, vt & citius mulier præ-
gans reddatur, & pariat,quare ſi teſtator lega-
uit ei dotes ſuas,id fecit vt nubere poſſet quan
docunque vellet intra annum, vel poſt annum,
24 † Adiuuat hanc interpretationem qualitas le-
gatarii. Nam legatum vxori factum reperitur,
& quidem dilectiſſimæ, prout ſic eam teſtator
nominauit,propter quod plenius venit inter-
pretandum.l.cum alienam, & ibi notant om-
nes.C.de legat.l.Aurelius. §. Titius teſt. ff. de
liber.legat.ibi,præſumptio enim propter natu-
ralem affectum facit omnia patri videri conceſ
ſa, cum ſimilibus per Dec. conſilio 289. co-
lumna ſecunda,verſiculo octauo, qui de ſoro-
re loquitur, & conſi. 601.qui de vxore, idem-
q́ue Corn. ponit conſilio 103.numero quinto,
volumine quarto,Natta conſilio 186. & conſi-
lio 296.in fine,Hieron.Alban. conſilio 39. nu-
mero quinto,& cum prædictis etiam concor-
dat Socin. in l. 1. verſiculo ſecundus caſus, ff.
de reb. dub. Crauet. citans alios conſilio 297.
columna prima, & Roland. à Valle referens
eum conſilio 16, numero 38, volumine ter-
25 tio, † vbi dicit omittendo contrarietatem,
& inconſtantiam doctorum, qui pro caſus oc-
currentia dicunt, aliquando legatum largè,
quandoq́ue verò ſtrictè interpretandum,regu-
lam eſſe, quòd ſtrictè ſit interpretandum, niſi
factum ſit coniunctæ perſonæ; tunc enim latè
debet interpretari,per l.ſi ſeruus plurium. §.fi-
nal. ff. de legat. primò. Succedit deinde teſta-
tor, & prædicto legato ſubiicit aliud dicens.&
id vltra omnes & quaſcunque veſtes &c. Item,
26 & ſcutos 500.auri, † quod quidem legatum
cum contineat identitatem perſonarum, ſci-
licet teſtatoris legantis & vxoris legatariæ,
& diuerſitatem rerum: quia primò legauit
dotem habitam, nunc alias res ſuas, & ora-
tio, quæ reperitur adiecta per copulam, &
per dictionem item, ſit imperfecta ratione
verbi legauit non repetiti, ſequitur, vt indu-
ci debeat eius repetitio cum ſuis qualitatibus,
vt eſt doctrina Bartol.in l. in repetendis, co-
lumna final. ff. de legat. tertiò, vbi dat exem-
plum, ſi dixerim lego Titio fundum ſub con-
ditione,item eidem domum,nam fit repetitio
lego ſub conditione, ſequitur Gozadin.conſi.
19.nu.13.meritò & in caſu noſtro, verba præ-
dicta,& id vltra veſtes ſcutos 500. debēt indu-
cere



cere repetitionem verbi legauit, cum qualitati
bus ſuis,videlicet cauſa nubendi pro libito in-
tra,vel poſt annum,prout in præcedenti legato
27 de dotibus facto † rurſus proſequitur idem te
ſtator dicens. Item, & eidem dominæ reſtitui
mandauit ea bona mobilia ipſius dominæ,quæ
ad eius teſtatoris manus peruenerūt &c. quod
legatum ſine dubio nullam habet annexam cō
ditionem non nubendi intra annum ſed po-
tius permiſſionem,quòd ei reſtituantur ſiue ve
lit nubere, ſiue non intra, uel poſt annum,
28 † meritò legatum ueſtium & ſcutorum 500.
intermedium, tanto magis recipere debet de-
clarationem, & à præcedenti, & à ſequenti le-
gato, quòd dictæ dominæ præſtandum ſit, &
ei debeatur nubenti, uel non intra, uel poſt
annum luctus .l. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de
leg.1.ubi ad declarandū legatum numorum fa
ctum, earum, quæ præcedunt, uel quæ ſequū
tur ſummarum ſcripta ſpectāda ſunt, dicit tex.
& ibi not.doctores, quòd præcedētia declarāt
ſequentia, ſicut & ſequentia declarant præce-
29 dentia.† Hinc Alex.conſ.1. col.9. uol.3. dixit
ex his, quæ quis dixit ante factum, præſumi
animum ſuum in facto ſequuto, ſicut & idem
Alex.conſi.2.vol.4.col.6.uoluit ex ſequētibus
declarari, qualiter quis intellexerit præceden
tem diſpoſitionem,ſequitur deciſ. Neap. 375.
col.2.Tanto magis igitur in caſu noſtro, ubi le
gatum dotium præcedens & ſequens de mobi-
libus dictæ dominæ tendit ad faciliorem exitū
nubendi, nec nuptiarum continet prohibitio-
nem,ſed permiſſionem, dici debet,quòd lega-
tum interpoſitum de veſtibus, & aliis & ſcutis
500.pari modo debeat interpretari, quare mi-
rum mihi quidem videtur,ꝙ in hoc puncto ali
ter dubitetur tam claro & aperto.
Nec alterantur præmiſſa (meo iudicio) per
ea quæ proſequitur teſtator dicens.Rogans ip-
ſam dominam Serenam eius uxorem, ut ea vi-
dua remanente, & vitam caſtam, & honeſtam
ſeruante, velit permanere & habitare cum fi-
30 liabus ipſius teſtatoris. † Nam per ablati-
uos abſolutos locutus fuit, qui faciunt condi-
tionem.l.à teſtatore,ff.de conditio. & demon.
& not.omnes in rubr.ff.ſolut.matrim. quæ con
ditio non diſponit l.ſi quis ſub conditione. ff.
de cond.inſtit.Dominus meus Riminal. conſi.
289.nume.46.ad denotandum, quòd circa vi-
duitatem,vitamq́ue caſtam & honeſtam tuen-
dam nihil diſponebat;ſed in ſua libera poteſta
te relinquebat,rogans (vbi ſic faceret) quòd
habitare velit cum filiabus ipſius teſtatoris.Be-
ne ſubiunxit aliud, quòd mens ſua ut ſupra de-
clarata magis confirmatur,nam dixit, quòd ſi
fecerit & dotes eius, & alia vt ſupra ſibi legata
non petierit; eam ali mandauit, ex his enim
verbis colligitur,quòd in eius poteſtate poſuit
actum ſecundò nubendi vel non,quorum neu-
trum faciendo legauit alimenta, faciendo ve-
rò ſecus, ergo voluit eam dotes & legata con-
31 ſequi,licet ſecundò nuberet. † Et licet ali-
qui voluerint,maritum non poſſe dare expreſ-
sè, vel tacitè licentiam vxori nubendi infra
annum luctus,quos refert Ioan.de Garo. in di-
cta l. 1. nume. 63. tamen vt ſubdit, nume. 65.
multi tenent contrarium, quos ipſe recenſet
& ſequitur; quia nubere infra annum luctus,
non eſt propriè delictum ſed prohibetur pro-
32 pter honeſtatem † & iniuriam primi mariti
anima namq́ue viri defuncti contriſtatur de ſe
cundis nuptiis vxoris. §. quæ verò.in authen.
de nup.& vidua dicitur illa quæ honorat mari-
tum,ſed illa quæ ſecundò nubit honorem non
ſeruat,vt ibidem dicitur, quæ honorat defun-
ctum omnino abſtinet à nuptiis. Bald. in auct.
ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. colum. 2.
Alexand. conſi. 63. volumine quinto,Roland.
à Valle conſi.81.numero quarto,volumine ter
33 tio,hanc autem iniuriam † poteſt ille remit-
tere ſecundum Bald.in l.1. C.de his, quæ pœ-
næ no.at ſecus eſſet,ſi mulier nubendo infra an
num verè delinqueret; quia teſtator expreſſè,
uel tacitè licentiam concedendo ſuper hoc di-
ſpenſare non poſſet l.conuenire.ff.de pac. dot.
l.pacta,quæ contra. C.de pact.cum ſimilibus.
34 † & licet nubere infra annum dicatur contra
bonos mores, dicta l. 1. procedit quando mu-
lier nubit contra, vel præter voluntatem ma-
riti; quia tunc facit ſibi iniuriam, ſecus ſi de
eius voluntate, ſeu licentia; quia cum tunc
non faciat ſibi iniuriam,argumento l. cum do-
nationis C. de tranſactio. non dicitur facere
contra bonos mores, ſicq́ue reſpondet etiam
Dec.in rubric. C.de ſecund.nupt. columna fi-
35 nal.quem Ioan.de Garo.non allegat † & hanc
opinionem veriorem putat Ioann. de Garo.
etiam de iure ciuili, tantoq́ue magis de iure
canonico, vt per eum, & cum prædictis etiam
concordat Bald.in d. l.1.C.de ſecund.nupt.Ro
man.conſilio 219.columna ſecunda,Iaſ.conſil.
53. columna 1.vol.1.& idem Bald. in l.filium
quem habentem columna ſexta.C.famil. erci.
vbi quoque Corraſ.nume.63.Dec.conſil. 620.
36 columna ſecunda, † & in rubric.C.de ſecun.
nupt. vbi communem teſtatur, ſicut & alios
cumulat Roland. à Valle conſilio 81. numero
12.volumine tertio, & abundè Anton. Gabri.
libro tertio, de ſecund.nupt. concluſio.prima,
numero 29.
Quartò, ſuperuacaneus mihi videtur to-
37 tus hic labor, attento quòd † de iure cano-
nico pœnæ, de quibus in dicta l. 1. C. de ſe-
cund.nupt. impoſitæ mulieri ſecundò nuben-
ti ratione temporis & feſtinantiæ in odium
ſuum nubendo infra annum luctus ſublatæ
ſunt, licet ſecus ſit in illis pœnis, quæ impo-
nuntur, non ratione temporis & feſtinantiæ:
ſed in fauorem filiorum primi matrimonii, de
quibus in l.fœminæ,& in l.hac edictali C.de ſe
cun.nup.de quibus hic non agitur, quia ex iſta
Domina & Diſcaltio primo viro defuncto non

38 ſunt aliqui filii, † ſed de primis pœnis tantum
agitur,de quibus in d.l.1.ꝙ enim tales ſublatæ
ſint de iure Canonico tenet Hoſt.Inno. Ioan.
Andr.Henrich.Boich.Butr.Abb.Card.Alex.&
39 omnes in c.fi.de ſecund.nupt. qui dicunt, † ꝙ
eſt communis opi.& nedum canoniſtarum,ſed
etiam legiſtarum, vt inquit Abb. in c. Eccleſia
Sanctæ Mariæ.col.6.de conſtit. vbi pariter A-
ret.Feli.& Dec.adfirmant, dicentes ab ea non
eſſe recedendum in iudicando & conſulendo.
idemque tenet Bar.Bal. Ricar.Mal. Ioan. Fab.
& Saly.in d.l.1.& Bar.in l.liberorum. ff.de his,
qui not. infam.dicens, ꝙ ita fuit obſeruatum
millies à mortalitate citra,& innumerabiles a-
lii,quos cumulat Ioan.de Garo.in d.l.1.nu.23.
40 vbi per tres col.in quotis dilatat fimbrias, † &
iſta communis opinio probatur optima ratio-
ne,quam ponit Caſt.conſ.366.ſuper primo pũ
cto videretur.vol.1.quem variato volumine ci
tat Ioa.de Garo.in d.l.1.in 12. not. & inferius
ſub nu.66.Nam licet mulier ſecundò nubat in
fra annum luctus, & iniuriam inferat primo
41 marito iure ciuili cõſiderato, † tamen de iure
canonico,cum liberè nubat in domino c.pen.
de ſecund.nupt.nullam infert iniuriam primo
uiro,poſtquam data eſt ſibi licentia à lege Apo
ſtolica & Canonica, quæ poteſt tollere iniu-
riam, & facere, quòd aliquis actus non dica-
tur iniurioſus.l.iniuriarũ.§.his qui ff.de iniur.
Vnde licet lex reputet illum actum iniurioſum
42 Canon tamen ſecus, † qui debet attendi, quia
cauſa matrimonialis eſt ſpiritualis cle. diſpen-
dioſam,de iud.& in ſpiritualibus ſemper Cano
nes uincũt legẽ,ut not.in c.2.de reg. iur. in 6.
& hinc tollitur unum, quod inquit Conna. in
comentar.ſuis.lib.8.cap.7.col.4. talem licẽtiã
mulieri datã liberè cui uelit nubẽdi in dño per
Paulum prima ad Corinthios,cap.7.iuris regu
la metiri, quia nec patri,nec patruo, nec fratri
nec iam conſobrino aut conſobrini filio ſe col
locare poteſt,ex quo lege prohibetur, id enim
procedit ob ſanguinis coniunctionem,quę ver
ſatur inter prædictos & mulierem,quę ceſſat in
caſu noſtro.Nam cũ ſecundo viro ante nuptias
nulla eſt coniunctio ſi proponatur extraneus
& habilis.iux.l.qui teſtamento.ff.de teſta.Dec.
in rub.de iud.& alibi ſæpe,vt per Cagnol. in l.
vinum.in prin.ff.ſi cert.pet.nec iure canonico
propter ſecundas nuptias anima primi mariti
43 dicitur contriſtari, † quia anima lege diuina,ſi
ue Apoſtolica & Canonica regulatur & regi-
tur,non autem ciuili, vnde ſi mulier non facit
iniuriam, ſeu ingratitudinem non committit
hodie etiam nubẽdo infra annum luctus; quia
canone permittente ita nubit,non debet ei, vt
iniuriam & ingratitudinem committenti au-
ferri legatum vel hæreditas,argumento l.Grac
44 cus.C.de adult. † & vltra Doctores, quos alle-
gat Ioann.de Garo.in d.l.1.addo nouiter Rui.
conſi.44.nume.2.volum. 5. qui fatetur pœnas,
de quibus in dicta l.1.ſublatas eſſe de iure ca-
nonico,licet quò ad alias, de quibus in dicta l.
fœminæ,& ſimiles ſecus eſſe. Idemque tenet
Alexand. conſil. 53. nume. 12. volum. 7.Silua
nupt.libr. 2. nume. 78. Bertrand. conſi.47.vo-
45 lum.1.poſteriorum, duo quæruntur † vbi di-
cit,hanc eſſe magis communem,& ab ea in iu-
dicando & conſulendo non eſſe recedendum,
& ſi non extent filii ex primo matrimonio,nul-
lam pœnam mulierem incurrere, ex eo, quòd
infra annum conuolauerit ad ſecunda vota,de
mumque confirmat idem Orati. Mandoſius
poſt Roman. in additio. ad eum conſilio 182.
& Berous conſilio 32.numero 12. volumine ſe
cundo, adeo quòd hæc concluſio penes om-
nes eſt approbata.
46 † Et licet aliqui voluerint diſtinguere,quòd
aut mulier nubit eo tempore,quo poſſet time-
ri turbatio ſanguinis,& cauſari incertitudo par
tus,& tunc pœnæ non ſint ſublatæ per iura ca-
nonica,aut nubit eo tempore,quo ceſſat ſuſpi-
cio,ſiue timor turbationis ſanguinis, quod eſt
poſt tres menſes à morte primi viri, & tunc ſe-
cus; vt ſic voluerunt Rayn. de Forli. Paul. de
Leazar.Butrig.& Bald.in lectu. antiqua. in di-
cta l.1.& alii quos ibi refert Ioan. de Garo. in
47 dicta l. 1. nume. 24. † tamen, vt ille ſubdit
Abb.& alii in dicto cap.fina. & in dicto capitu.
Eccleſia Sanctæ Mariæ. reprobant talem diſtin
ctionem; paſsim communem tenentes; quia
generalis & libera permiſsio Apoſtoli,non pa-
titur illam reſtrictionem,multoſque refert Io-
an.de Garon,ita tenentes, & in ſpecie Petrum
de monte. in §. ſi verò altera, in auth. de nupt.
qui dicit, quòd opinio prædictorum commu-
niter non tenetur, & quicquid ſit ſumus ex-
tra dictam diſtinctionem; quia domina Sere-
na dum nupta fuit Diſcaltio, nunquam reddi-
ta fuit ab eo prægans. Item diu fuit legatus
apud Maximilianum Sereniſsimum Imperato-
rem, & reuerſus domum erat infirmus graui-
ter; ita quòd deceſsit, & ob id impoſsibile eſt,
quòd timor turbationis ſanguinis eſſe potue-
rit nubendo ſecundo loco,etiam ſi rem cum ſe
48 cundo viro habuiſſet. † Et hoc conſiderat Vin
cent.Herculanus in diſputa.inci.Peruſinus qui
dam.colum.82.verſic. tertiò facit, quem refert
Neuizan.in Silua nupt. libr. 2.titul. viduæ non
eſt nubendum.nume.48.Quare concludendo,
ſi domina Serena non ſubiiceretur pœnis di-
ctæ legis primæ,caſu quo verè nupſiſſet, multo
minus cum neque nupſerit, nec etiam ſponſa-
lia contraxerit.
49 † Quintò & vltimò,non omitto dici poſſe,ꝙ
hæredes Diſcaltii ſciuerũt, hanc dominã Sere
nam uoluiſſe nubere, fuerũtque præſentes ta-
ctui manus, & ſuceſſui totius rei notitiam ha-
buerunt,uel expreſsè,uel iuris præſumptione,
ueluti ſimul habitantes,& communiter uiuen-
tes,cum dicta domina Serena.l.conſenſu.§.ſer
ui.C.de repud.l.ad inſtruendum. ff. ad admi-
niſ.tut.Bal.conſi.295.Petrus Lombardi.col.1.
vol.



vol.3.Ancha.conſi.170. principaliter. col.fin.
Aret.conſ.290.col.4.uer.aliquãdo tutor.Soc.
conſ.264.colum.5.uer.confirmatur hoc,idem
Craue.conſil.26.col.2. & illa uixit poſtea per
aliquot dies antequam infirmaretur & dece-
deret, & tamen non mouerunt illi controuer
50 ſiam de priuatione dicti legati, † quibus infer
tur, quòd de uoluntate eorum dicitur domi-
nam Serenam id feciſſe, & propterea pœnas
aliquas ſubire non debet, iuxta glo. notab.
quam commendat Ang. ueluti ſingularem in
auth.de non eli.ſecundò nub.in uer. copulan-
tur.Dicunt enim,quòd mater ſecundò nubẽs
non incurrit pœnas inductas in fauorem filio-
51 rum quando nubit eis uolentibus, † & ideo
monet Ang.aduocatum, quòd conſulat ma-
tri ſecundò nubenti, quòd faciat filios con-
ſentire tali matrimonio, ſic enim pęnas om-
nes euitabit, ſequitur Rolan. à Val.in allega
to conſi.81,num.10. uol. 3. & abundè plures
alios cumulat Anton.Gabriel.in dicta conclu.
1.de ſecund.nupt.nu.33.
52 † Et hanc partem tenendo non obſtant con
traria. Namque ad primum dico, quòd tex.in
d.l.1.nõ loquitur ſimpliciter de muliere, quæ
non præſtiterit priori uiro religionem, ſed ad-
dit feſtinatione nuptiarum, & ſic illa religio
non ſeruata, quæ pro honeſtate ſumitur,intel-
ligitur demum ſecutis nuptiis, & ſic contracto
matrimonio, igitur quamdiu ſumus ante illud
53 dici non poteſt honeſtatem non ſeruari, † nec
pœna priuationis appoſita in caſu ſecuti mr̃mo
nii debet habere locum in caſu nõ ſecuti, quia
pœna priuationis locum non habet,niſi in caſi
bus expreſsis.glo.& Doct.in c.fin. de iure pa-
tro.tex.in §.cum igitur.in auth.de non elig. ſe
cundò.nu. & per illum tex.Bald.in auth.ex te-
ſtamento.col.pen.C.de ſecun.nupt.uer.modo
iux.prædicta,Alex.in l.etiam.§. licet. col. 2. ff.
ſolut.matr. Dec.cõſ.90.col.2. Dominus meus
Rimin.conſ.74. nu.10.& conſ.94.num.55. Pa
riſ.conſ.97.nu.88.uol.1.cum ſimil. meritò de
uno caſu ad alium non debet fieri extenſio.
54 † Ad ſecundum uerò,quòd d.lex prima fue
rit inducta ad corrigendos malos mores, dico
id eſſe uerum, ſed nego hic eſſe malos mores
non ſecuto matrimonio, ꝙ probatur ex not.
per Bal,Ang.& Caſtr.in auth. cui relictum.C.
de indic.uid.toll.ubi ponunt quęſtionem,quã
do duo contraxerant matrimonium per uerba
de pręſenti, ſed non fuerat ſecuta copula, nec
mulier traducta, & ſponſus præcedens legaue
55 rat quid mulieri, ſi non nupſerit alteri † nun
quid talis conditio ſibi remittenda erit, ut nu-
bere poſsit,& legatum conſequi, concludunt,
quòd ſic; quia dicta mulier, quæ remanſit ui-
dua & uirgo propter immaturam mortem ſpõ
ſi, iterum nubendo non facit contra bonos
mores,poſtquam primũ maritum experta nõ
fuit,ſequitur Dec.in rubrica.C.de ſecun. nup.
col.1.ſic igitur in caſu noſtro dicamus, quòd
ex quo domina Serena uirum ſecundum non
fuit experta,ſolo tactu manus litera recepta,
qua coniunx uocaretur, aut oſculo ſibi dato,
56 non dicitur contra malos mores uerſata † Præ
terea, mali mores conſiderantur in dicta lege
prima, reſpectu matrimonii ſecuti & conſuma
ti,non autem aliter,igitur attendi non debent
eo non ſecuto, probatur ex doctrina Ang. &
Caſtr.in d.auth.cui relictum, qui dant exem-
plum de muliere corrupta, & luxurioſè uiuen
te, quæ tamen maritum non duxit, cui factum
fuit legatum ſi non nupſerit. Volunt enim ſibi
conditionem remitti, & iuri priſco ſtandum
eſſe non autem illius tex.qui loquitur de ſecũ-
dis nuptiis,& ideo non debet ad alium caſum
extendi. Sicut enim mulier illa conſequitur
legatum, licet contra bonos mores uerſata fue
rit,ita pariter hic, cum ſecundum uirum non
duxerit, poſito, quòd ex his, quæ tantum pro
ponitur feciſſe,diceret̃ fuiſſe malè morigerata.
57 † Ad ſecundum reſpondetur, quòd loquitur
de oſculo luxurioſo collato mulieri, nec uxori
nec ſponſę de præſenti, nec futurę dantis il-
lud, at hic ſecus. Item dubia redditur illa cõ-
cluſio, quando conſtat, non eſſe ſecutum adul
terium, prout Dec.& alii plerique tradunt in
locis memoratis,& ibi latius dixi. ſicque pro-
cedit etiam caſus noſter: quia clarum eſt hic
non interueniſse matrimonium, neque copu-
lam fuiſſe ſecutam, meritò caſus ille non me-
58 retur adduci. † Vlterius per tactum manus,oſ-
cula, amplexus, uocationem coniugis & mari
ti,tunc demum fit tranſitus ad matrimonium,
quando præceſſerunt ſpõſalia de pręſenti quò
ad uerba, de futuro uerò iuris interpretatio-
ne,aliàs ſecus,ut per Abb.in c.fin.de ſpon.latè
Dec. conſ. 368. cum pluribus cumulatis per
Fanut.de Fanutiis in tract. de lucr.dot.Glo.2.
uer.nupta.num.10.At hic nulla ſponſalia pro
ceſſerunt, meritò de matrimonio agi non põt.
59 Ad quartum & ultimum reſpondetur, quòd
illa regula legis pen.ff.de teſta.mil.procedit in
fauorabilibus,nõ autem in pœnalibus & odio
ſis,in quibus ſermones ſtrictè ſunt interpretã
di,ut declarat Bal.in l.1.col.pen.ff.ſolu.matri.
Vnde ſi Epiſcopus excomunicat Doctores nõ
diſputantes, non includuntur licentiati. Me-
ritò cum tractetur hic de pœna priuationis,nõ
idem iuris eſſe debet de muliere propinqua nu
60 ptiis,ſicut de nupta. † Præterea, ſi ſufficeret
ad priuationem dicti legati, quòd dicta mu-
lier habuiſſet animum effectualiter ſe copulan
di ſecundo uiro,ſequeretur,quòd affectus ſuus
puniretur ac ſi fuiſſet effectus ſequutus, quòd
non admittitur in delictis non atrocioribus,ut
per Saly.in l.ſi quis non dicam. C. de Epiſ. &
cler.Card.in c.1.de eo, qui mitt. in poſſ. Ge-
mi.in c. gratia, prima q. 1. Vnde tanto minus
hic, ubi non dicitur uerè delictum, ut not.
61 in d.l.1.C.de ſecun. nupt. † item nec quando
ciuiliter agitur, ut per gl.& Bal.in l.ſi inſtite-
rit.

rit.C.ſi.regun.Saly.in l.ſi is quis cum telo.ff. de ſicar.Fely.in tract.conat.& Mar.in l.qui falſam,nu.30.& 33.ff.de falſ.

Quare tandem ſublatis omnibus contrariis apparet hanc mulierem non amiſiſſe dictum legatum,& hæredibus ſuis illud de iure deberi, prout ſic declarari petitur.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Excellente Iur.conſulto D. Ruberto Pendalea.

### ARGVMENTVM.

De legitimatione collata per Comitem Palatinum in perſonam & ad bona non ſubiecta Summo Pontifici vel Imperatori, in terris tamen eis ſubiectis ratione feudi, quando & quomodo valida cenſeri debeat.item de iuribus filii legitimati contra teſtamentum paternum & eius nimis durã volũtatẽ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Comes palatinus imperialis legitimare poteſt in terris Eccleſiæ vel Pontificis in terris Imperij viuente patre.*
*Quando legitimandus eſt ſubditus alioquin ſecus.2.4.5.*
*Sed quòd paſsim poßit tenet auctor.19.*
*Et eſt magis communis concluſio.21.22.*
*Nec ab ea recedendum.23.*
*Maximè quando legitimatio Imperialis iungitur Apoſtolicæ.24.*
3 *Dux Ferrariæ & Mantuæ ſunt in terris ſuis loco Papæ & Imperatoris.*
6 *Legitimatio ſine conſenſu Principis vbi bona ſunt ſita non ualet.10.11.*
*Sed contra per auctorem poſt alios.28.*
*Et maximè ſtante couſuetudine.26.*
*Et Salycetus & Alexander damnatur.31.*
7 *Legitimatio cum ſint iuriſdictionis uon eſt prorogabilis ex conſenſu partium.*
*Et an ſit iuriſdictionis voluntariæ ſimpliciter aut quo reſpectu.8.9.*
12 *Papa poteſtatem habet legitimandi.*
13 *Imperator habet poteſtatem legitimandi & eam alteri comittere poteſt ſicut & Papa.14.15.*
14 *Legitimatio dicitur donum Principis & nullius inferioris.*
16 *Factum ex conceßione Pontificia vel Imperiali factum cenſetur à Summo Pontifice vel ab Imperatore.*
17 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
*Et illud legitimationis habens dicitur habere intentionem fundatam.*
*Adeo quòd opponenti incumbit onus probandi contrarium.18.*
20 *Legitimandi auctoritas non coheret territorio.*
25 *Statutum Ferrariæ quòd legitimati non ſuccedant,declaratur.*
26 *Legitimationes ex conſuetudine obſeruata debent ſuſtineri.*
27 *Actus exerceri poteſt in alieno territorio ex conſuetudine.*
28 *Priuilegium Imperatoris,quòd deſcendentes ex fœmina admittantur,non tendit in præiudicium domini feudi & de ratione.29.*
30 *Princeps non poteſt aliquẽ priuare feudo ſine culpa.*
32 *Intellectus.c.per uenerabilem qui filij ſint legiti.33.*
34 *Legitimtio facta ſine conſenſu Principis domini immediati valet eo non opponente.*
*Et quando ſubeſt alia perſona quæ præferreretur ipſi Domino.35.*
36 *Legitima debetur filio legitimato. Eiq́; ſuplementum legitimæ debetur.37.*
*Et in ea non computantur feudalia.38.*
*Sicut nec ex fideicommiſſo debita 39.*
38 *Feudum non computatur in legitimam.*
39 *Fideicommiſſum non computatur in legitimam.*
40 *Lex cum auus.ff.de cond.& de.non procedit in collateralibus.*
*Nec quando de filijs fuit cogitatum.41.*
*Et quando hoc uerificetur 42.*
43 *Legitima non admittit aliquod grauamen.*
*Vt quòd computentur in ea bona aliunde debita filio.44.*
*Nec fideicommiſſum.45.*
*Et pariter ex illa reijcitur probitio alienationis.46.*
47 *Clauſula quòd filius ſit contentus & nihil plus petere poßit non obligat eum quò ad legitimam.*
48 *Filius petendo ſuplementum legitimæ non dicitur impugnare teſtamentum.*
49 *Legitima filio debetur ex legis diſpoſitione.*
50 *Filius præſumitur gratus.*
51 *Legitimatio non retractatur ex ſuperuenientia aliorum filiorum poſt eam.52.*
*Et maxime ſi de illis fuerit cogitatum.53.*
54 *Relictum filio quando non dicatur contemplatione patris relictum.55.*
*Vt quando relinquens non tenebatur præſtare.*
*Et quando pater erat diues.56.*
57 *Hæres non conficiens inuentarium nunquid perdat Trebellianicam profundus articulus.*
*In quo diſtinguit auctor.58.*
*Et ratione probat diſtinctionem.59.60.*
61 *Fructus annorum 20.aſcendunt ad valorem.rei.*
*Et computantur in Trebellianicam præter filios primi gradus 62.*
*Quæ ſententia receptior eſt 63.*
64 *Princeps poteſt legitimare filium ſpurium ad feuda in præiudicium agnatorum.*
65 *Legitimatus à Comite Palatino Principis dicitur à principe legitimatus.*
66 *Papa legitimare poteſt ad bona emphiteutica eccleſiæ.*
67 *Beneficium principis eſt latiſsimè interpretandum.*
68 *Legitimandi poteſtas data uidetur ex uerbis generalibus.*
69 *Legitimatus concurrere debet cum legitimis & natur.*

*Pater*



70 *Pater non poteſt ius in feudo quæſitum vel in alijs bonis auferre.*
*Nec etiam princeps.71.*
72 *Actus regulatur à voluntate & poteſtate & ab illis cannonizatur.73.*

### CONSILIVM CLVI.

*Auxilium meum à Domino.*

LEGITIMATIO, qua nititur
magnificus & Excellens domi-
nus Rubertus Pendalea dubita-
bilis in primis uidetur,licet facta
proponatur uiuente domino Bar
tholameo patre ſuo, ſuoque mandato, per no
biles de Campegiis Bononiẽſes Comites Pala
tinos Pontificios & Imperiales, quoniam col
lata fuit in perſonam ipſius domini Ruberti,
nec Romano Pontifici,nec Imperatori ſubie-
ctam,& ad bona pariter eiſdem principibus mi
nimè ſupoſita, nec in eorum ditionibus poſi-
1 ta † quod enim dicitur,Comitem Imperialem
legitimare poſſe in terris Eccleſiæ, uel Pontifi
cium in terris Imperii uiuente patre ſecundũ
Bald. in proemio Cod.col.pen.uerſ.iuxta hoc
quæro.Caſtr.conſi.220.viſa quadam diſputa-
tione col.2.conſ.228.dubitatur primò,Cuma.
2 conſ.168.† procedit & intelligitur, quando
Comes Palatinus hoc fecit extra territorium
inter ſubditos, ſecus ſi legitimatus ſit non ſub
ditus, ita not.Bal.in l.1.C.de iure aure. anul.
& tradit Petr.de Pennis in conſ. incip.Hiero-
nimus,cum ſimilibus, de quibus proſequitur
Corn.conſ.primo col.6.uerſ. nec obſtat quod
ultimò,uol.3. & conſ.9.col.3.uol.4.Dec.conſ.
150.col.pen.conſ.557. ad finem, latè Pariſ.
conſi.2.col.2.uol.2.& Soci.iun. conſ.100. nu.
22. uol. 2. & licet ciuitas Ferrariæ ſit infeuda-
ta per Summum Pont.Illuſtriſsimo Duci Fer-
rariæ,ſicut & ciuitas Mantuæ per Imperatorẽ
3 Illuſtriſsimo Duci Mantuæ. † tamen cum utri-
que ſit in ſuos ſubditos omnimoda Poteſtas
data, dictique Duces loco Papæ,uel Imperato
ris ſint conſtituti, ut in terminis ſcribunt Cur.
Iun.conſi.188.nu.22.& conſi.219.nu.70. Me-
nochi.cõſ.92.nu.32. & de aliis perpetuis Vica
riis inueſtitis, Caſt.conſ.34.col. 2.uol.2.Alex.
conſ.1.col.8.uol.5.Soc.conſ.3.col.5.conſ. 66.
col.6.vol.3.Dec.in c.paſtoralis.col.2. de app.
conſ.191.col.2. Cur.Iun.conſ.1. col. 10. uerſ.
Duces enim, Calca.conſ.2.col.8. conſ.7. col.
16.conſ.67.col.2. Cra. conſ. 135. col. 2. Dec.
conſ.403.col.2.Andr.Sicul. conſ.34. col.pen.
vol.2.Cur.ſen.cõſ.48.colum 10. Bertran. cõſ.
156.nu.4.vol.3.Rip.lib.2.reſpõ.cap.3.Iaſ.cõſ.
101.nu.2.uol.4.Cur.Iun.conſ.61. nu. 9. conſ.
100.nu.3.Pariſ.conſ.1.nu.25. vol.1.Bru.conſ.
3.col.2.Soc.Iun.cõſ.76.col.1.vol.3.Alex. cõſ.
2.nu.25.uol.1.Rui.conſi. 200. nu. 2. vol. 2. &
conſi.130.nu.20.uol.5.Afflic.in c.1.uer.& bo
na comittentiũ.nu.21.quæ ſint rega.Soc. Iun.
cõſ. 126.col.2.uol.3.& conſi,75.col.2.volu. 4.
Rol.à Val.conſi.86.nu.13. uol. 1. Natta conſ.
661.nu.18.Senat.Pedemon.deciſ.155.Hiero.
4 Gabriel.conſ.163.nu.18. † non potuerunt di
cti Comites Palatini legitimare ipſum domi-
num Rubertum non ſubditum,& ad bona non
ſubiecti Romano Pontifici, nec Imperatori, li
cet ſita in dominio dictarum ciuitatum ab eis
infeudato, ut ſignanter determinat Curt. in
dicto conſ.73.nu.28.uerſ.quintò principaliter
quem ſequitur Soc. Iun.mox allegatus,Ceph.
conſ.23.nu.77.Pariſ.conſ.1. nu. 97. uol. 1.&
Rol.Val.conſ.88.nu.31.uol. 1. & cum prædi-
ctis concordat ante ipſos Anch.conſ.320. col.
2.& Iaſ.conſil.70. col.2.uol.3.Demumque la-
tè Alciat. reſponſo 206. qui loquitur in ter-
minis legitimationis factæ Ferrariæ per Co-
mitem de Campegiis, qualis proponitur ca-
5 ſus noſter, † & idem ponit in alterius Comitis
legitimatione reſponſo.201.col.3.nu.22. uo-
lens Papam in bonis exiſtentibus Ferrariæ,cũ
ſint ſub dominio Ducis, non poſſe diſponere
de plenitudine poteſtatis, quia illam nõ habet
ſed tranſtulit in Ducem reſeruato ſibi certo
cenſu,ut per eum.
6 † Secundò periculoſa uidetur ex alio dicta
legitimatio, quia dominus Bartholameus pa-
ter dicti domini Ruberti in eius legitimatione
non potuit ſe ſubiicere iuriſdictioni alterius
Principis, uel Comitis legitimantis ſine con-
ſenſu Illuſtriſsimorum Ducis Ferrariæ & Man
tuæ, ſub quorum dominiis bona ſunt ſita,tex.
eſt ad hoc multum notabilis in c. per uenera-
bilem, qui fil.ſint leg. quem duobus in locis
Abb.ſignanter notat,primò quidem col.3. nu.
11.dicens, quòd ibi eſt tex.multum ſingularis
7 in uerbo iuriſdictioni noſtræ,† quòd legitima
tio, quæ eſt iuriſdictionis, non eſt proroga-
bilis ex conſenſu partium in eo, quod Papa
ibi dicit, quòd Rex Franciæ potuit ſe ſubiice-
re iuriſdictioni Papæ, quia non recognoſcebat
ſuperiorem in temporalibus, ſed nobilis ſu-
plicans in eo textu erat ſubiectus alteri, ergo
manifeſtè colligitur ex illo textu, & alibi non
ita benè probatur, quòd pater non poteſt in
legitimatione filii ſe ſubiicere iuriſdictioni
alterius Principis, uel Comitis legitimãtis ſi-
ne conſenſu ſui Domini,ſimiliter idem Panor
mitanus inferius col.5.nu.23. dicit, ſe indi-
ſtinctè tenere, quòd iuriſdictio legitimandi
non ſit prorogabilis per patrem, per tex. aper
tum ibi. Verſ.inſuper,ubi pater ſupplicãdo pe-
tebat, quòd Papa legitimaret filios ſuos,ſicut
legitimauerat filios Regis Franciæ, & Papa
inter cætera reſpondet, quòd Rex Franciæ nõ
recognoſcit ſuperiorem in temporalibus,ideo
potuit ſine iuris alterius læſione ſe in eo ſubii-
cere iuriſdictioni Papæ,ſed ille pater Nobilis
ſuplicans erat alteri ſubiectus, ergo apertiſsi-

mè

mè probat ille tex. quòd alteri ſubiectus non
poſsit in legitimatione prorogare iuriſdictio-
8 nem alterius etiam Principis.† Et ſubdit Abb.
duplicem rationem quarum ſecunda confert
ad rem noſtram, dicit enim, quòd licet legi-
timare uideatur eſſe iuriſdictionis uolunta-
riæ eo reſpectu: quia exercetur in uolentem,
& filius inuitus non poteſt legitimari, ne co-
gatur tranſire in poteſtatem patris. §. genera-
9 liter. in auth. quib.mod. natu. effi. ſui. † Ta-
men alio reſpectu iſta poteſtas, ſeu iuriſdictio
legitimandi, non eſt purè uoluntaria, quate-
nus excludit agnatos, qui ſuccederent ab inte
ſtato. Vnde Imperator, qui non habet iuriſdi
ctionem in terris Eccleſię, nō poſſet hoc pręiu
ditium afferre non ſubiectis ſibi, & tollere ho-
norem reſeruatum Principi. Ita reſsidet Abb.
loco memorato, quem ſecutus Iaſ. conſ. 70. col.
10 3. uol. 3.† infert ad caſum ſuum de legitima-
tione patris Paduani, qui fecerat legitimare fi
lios ſuos à Comite Palatino Imperiali, & id
facere non potuerit, & ſe ſubmittere iuriſdi
ctioni illius Comitis legitimantis, ſine conſen
ſu Illuſtriſsimi dominii Venetorum, & cum
prædictis etiam tenet Rolan. à Val. conſ. 88.
col. fin. ponderans ad hoc ulterius Alex. conſ.
11. col. 3. uol. 7. ubi dicit, illam eſſe commu-
nem, quòd quando legitimatio eſt facta ad in-
ſtantiam patris uiuentis, & cum licentia do-
mini Loci, ubi fit legitimatio valet, ergo ſecus
ſine licentia, prout arguit Rolan. qui & ad
hoc inducit dictum conſilium Cur. 73. ſupra ci
tatum, idemque uoluit Cuma. conſ. 168. col. 3.
Affli. in tit. ſi de feud. fuer. contro. §. natura-
11 les. nu. 12. Capr. conſ. 2. col. 4. & 5. † Soci. Iun.
conſ. 100. col. 9. uol. 2. qui dicit, hanc eſſe ma-
gis communem, Dec. conſ. 150. nu. 5. & conſ.
557. col. fin. Didac. Couar. in Epitom. par. 2.
cap. 8. §. 8. nu. 74. Meritò concludendo, cum
non interuenerit licentia Illuſtriſsimi Ducis
Ferrariæ, neque Mantuæ, quibus ſubiectus
erat dominus Bartholameus pater dicti domi-
ni Ruberti, ſicut & ipſe dominus Rubertus ori
ginis reſpectu Duci Mantuæ, Domicilii uerò
Duci Ferrarię, ſequitur, ut dicta legitimatio
iuribus nequaquam ſubſiſtat, & ita non proſit
ipſi domino Ruberto.

12 † Iſtis tamen non obſtantibus arbitror eam
ualere ſuffragarique debere domino Ruberto
Nam clarum eſt, ſummum Pontificem legiti-
mandi poteſtatem habere, caſus eſt in d.c. per
uenerabilem, ubi loquitur de ſuplicante ſum-
mo Pontifici, quòd filios ſuos dignaretur le-
gitimationis titulo decorare, ut ſuccederent,
nec obiectio natalium ſibi noceret, cui reſpon
det Papa, ꝙ ſuper hoc Apoſtolica ſedes plenā
habeat poteſtatem ex illo uideri, quòd diuer-
ſis cauſis inſpectis cum quibuſdam minus le-
gitimè genitis non naturalibus tantum, ſed &
adulterinis diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales
illos legitimans, ut poſsint in Epiſcopos pro
moueri, ex quo uериſsimilius creditur & pro-
babilius reputatur, ut eos ad actus ſeculares
13 ualeat legitimare † idem planè dici debet de
Imperatore. Nam & is habet poteſtatem legi-
timandi, ut in auth. quib. mod. natu. effic. ſui.
& quib. mod. natu. effi. legi. Docto. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Pariſ. cōſ.
14 3. uol. 2. † & illam poteſtatem alteri commit-
tere poſſunt, Bal. in l. 1. ff. de tuto. & cura. & in
l. cum filius. ff. de mili. teſt. doctores in d.c. per
uenerabilem. Dec. conſ. 288. col. 2. Iaſ. con. 68.
col. 5. uol. 3. quoniam licet legitimatio ſit de re
ſeruatis Principi. §. fi. in auth. quib. mod. natu.
effi. ſui. c. per uenerabilem, verſ. inſuper. qui fil.
ſint. leg. l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de rit.
nup. Bal. in l. 1. C. de iur. aur. anul. ubi dicit, ꝙ
legitimatio eſt donum Principis & nullius in-
ferioris, ſequitur Natta conſil. 606. nume. 40.
15 † tamen poteſt per eum alteri demandari. c.
prudentiam, de offi. deleg. Alex. conſ. 138. col.
1. uol. 1. Rolan. à Vall. conſi. 89. nu. 7. uol. 1. &
conſ. 4. nu. 18. uol. 3. poſt Pariſ. conſ. 2. nu. 7. &
conſ. 12. nu. 131. vol. 2. Vnde cum nobiles de
Campegiis habeant auctoritatem à Papa. &
Imperatore legitimandi, dicendum eſt, quòd
potuerint legitimare dominum Rubertum uir
tute poteſtatis ſibi conceſſę ad inſtantiam pa-
16 tris ſui, † quia quicquid fit ex conceſsione pō
tificia, uel Imperiali, factum cenſentur ab ip-
ſo Summo Pontifice, & Imperatore c. hi qui
auctoritate, de pręb. in 6. Bal. in l. 2. col. 7. q. 18.
C. de ſerui. & aqua. Iaſ. conſ. 127. col. 4. in prin.
uol. 4. & ita in prædictis latè tenet, & conclu-
dit Pariſ. conſ. 10. nu. 114. cum ſequenti. uol. 2.
17 † & cum dominus Rubertus habeat inſtrumē-
tum ſuæ legitimationis, quod dicitur proba-
tio probata, ſecundum Bal. in l. intereſt. ult.
notab. C. de ſolutio. Dec. conſ. 36. col. 2. conſi.
423. col. 2. conſ. 682. col. 1. Cur. iun. conſ. 109.
col. 7. Iaſ. conſi. 124. in princ. uol. 1. conſi. 137.
col. 3. in fin. uol. 3. dicitur habere fundatam in-
tentionem pro legitimationis ſuæ ualiditate,
18 † adeo quòd opponenti in contrarium incum
bit onus probandi, prout in terminis dicit Go
zad. conſ. 98. nu. 11. Dec. conſ. 462. in princ.
facit, quod uoluit Iaſ. conſ. 184. col. 2. uol. 3.
Vbi dicit, quòd quando eſt dubium de ualidi
tate, uel inualiditate legitimationis, in dubio
debet interpretatio fieri ualiditatis, ut actus
ualeat, & nō pereat per regulam l. quoties. ff.
de reb. dub. & cum prædictis etiam concordat
Rol. Val. conſi. 61. nu. 28. col. 1.

Et hanc partem tenendo non obſtant con-
19 traria † Namque ad primum de legitimatio-
ne facta extra territorium Summi Pontificis &
Imperatoris in perſonam non ſubditam, & ad
bona non ſuppoſita dictis principibus, & ob id
inualida, reſpondetur, quòd Immo impe-
rator & Papa ubique locorum, & in toto orbe
legitimare poſſunt non ſubditos, & ad bona
non ſubiecta, parique modo Comes Palatinus
ab



ab eis deputatus, ut firmat Bal. conſi. 288. re-
20 ſpondendo ad dubia, col. 1. uol. 5. † ea ratione,
quia talis auctoritas non cohęret territorio, ut
tradit Ioan. Andr. relatus à Bar. conſ. 75. uiſo
in fin. idemque tenet Calder. conſ. 3. in titu.
qui fil. ſint leg. Ioān. de Anan. conſi. 29. uiſa
col. 2. Angel. conſ. 29. ex themate, & Caſtr.
conſi. 130. dubitatur, & omiſsis pluribus, quę
21 dici poſſent, † magis communis concluſio ſe
habet: quòd quando legitimatio fit uiuente
patre & petente, prout facta fuit præſens le
gitimatio, ualida ſit & firma, licet facta ſit in
nō ſubditum, & extra territorium; & concer-
nat ſucceſsionem bonorum minimè ſubiecto-
rum iuriſdictioni legitimantis, ut expreſsè tra
ditur in deciſionibus ſuperius adductis, ſicque
teſtatur Pariſ. abundè loquens conſ. 1. col. 2. &
conſ. 10. nu. 118. uol. 2. poſt Ant. Roſel. Mart.
Laud. Petrum de Vbal. Præpoſit. Capram, So-
ci. Caſtr. & Decium locis per eum cumulatis
demumque citat etiam Crottum in l. Gallus.
22 §. & quid ſi tantum, col. fi. † qui teſtatur, hanc
eſſe magis communem ſententiam, & idem
tenet Iacob. Emil. conciuis noſter conſi. 132.
nu. 7. Præpoſi. in d.c. per uenerabilem. nu. 71.
Roſel. in tract. de legit. per reſcriptum nu. 15.
Bal. in 1. conſtit. Cod. col. fin. Nicol. de Vbal.
in tract. de ſucceſ. ab inteſt. num. 106. & alii,
quos cumulat Hieronimus Gabrielius conſi.
29. nu. 2. dicens eſſe magis communem, & te-
nuiſſe Rotā, ut in manu ſcriptis teſtatur Achil.
deciſ. 186. demumque Io. Pau. Lancellot. conſ.
176. nu. 27. inter conſilia diuerſorum ad cau-
23 telas ultimarum uoluntatum † concludens ab
hac opinione, quæ tot, at tantorum doctorum
teſtimoniis probatur communis, non eſſe re-
cedendum ullo pacto, maximè in caſu ſuo, cui
24 noſter ad unguem eſt conformis, † ubi legiti-
matio Imperialis iungitur legitimationi Apo
ſtolicæ, ita ut iuriſdictio imperialis in perſo-
na domini Ruberti dicatur exercitata quodā-
modo uolente Summo Pontifice, parique mo
do uidetur Summus Pontifex contentus fuiſ-
ſe, quòd Imperator ſuam iuriſdictionem exer
ceret in terris Eccleſiæ: quo caſu concludit Lā
cel. ille, quòd omnes doctores tenent indubi-
tanter legitimationem ualere.

25 † Quò uerò ad ſecundum de legitimatione
facta ſine licentia & conſenſu Ferrariæ Ducis
& Mantuæ, conſiderandum eſt imprimis ſtatu-
tum. Quòd legitimati non ſuccedant, diſpo-
nens nullum legitimatum ſuccedere debere,
niſi legitimatus fuerit de uoluntate, aut con-
ſenſu expreſſo patris, de cuius hæreditate tra-
ctatur, ex eo nanque quòd requirit conſenſum
patris ad ualiditatem legitimationis, colligi-
tur conſenſum Principis non eſſe neceſſariū,
per regulam. l. cum prætor. ff. de iud. Verum
reſpectu Ducis Mantuæ, ubi forte tale ſtatutū
26 non uiget. † Dico ſecundo loco, quòd dicta
legitimatio debet reputari ualida ſtante con-
ſuetudine perpetuò obſeruata, & quæ eſt in
uiridi obſeruantia tam Ferrariæ, quàm Man-
tuæ, quòd nobiles de Campegiis ſæpius fece
rint legitimationes perſonarum & bonorum
in dictis locis exiſtentium; quæ non habuerūt
præambulū conſenſum, ſiue licentiam dictorū
Ducum, & tamen pro ualidis obſeruatæ fue-
runt, & ſecundum eas extitit iudicatum &
27 executum, † quo ſtante potuit in alieno terri-
torio talis actus exerceri, ut habetur in l. 3. §. fi.
ff. de teſti. Bal. in c. 1. de teſti. cog. Iaſ. in l. fin.
col 3. limit. 12. ff. de iuriſd. omn. iud. Ita reſpō
det Pariſ. in allegato conſi. 1. col. 3. & conſi. 10.
nu. 124. uol. 2. Tertio poſito, quòd dicta con-
28 ſuetudo non eſſet probabilis, † addi poteſt, ꝙ
illa concluſio de licentia Principis immediati
neceſſaria, eaque remota legitimationem nō
ualere, quæ fuit opinio quoque Salyceti in
auth. item ſi quis, col. 2. C. de natur. lib. pericu-
loſa eſt: nam contrarium tenet Cur. Iun. conſ.
1. nume. 30. & conſi. 157. num. 24. Soc. inter
conſilia Bruni conſil. 10. & ſentit Alex. conſi.
2. uol. 1, quos omnes refert Alciat. reſpon. 171.
col. 2. inquit enim Cur. Iun. loquens de priui-
legio Imperatoris, quo deſcendentes ex fœ-
mina admittebantur ad ſucceſsionem feudi, &
opponebatur, quòd hoc facere non poterat in
præiudiciū inferioris domini, qui ſub ſe ſuos
uaſſallos habebat, de cuius excluſione tracta-
29 batur in eo priuilegio, † quòd ex tali priuile-
gio non tractatur de priuando dictum inferio-
rem dominum: cum deſcendentes ex fœmi-
na remaneant uaſalli dicti domini inferioris
& ſic ſolum ab eis remouet obſtaculum, quod
30 impediebat eos ſuccedere. † vnde ſubdit Cur.
quòd magna eſt differentia, an Imperator, qui
ſemel aliquem de feudo inueſtiuit, uelit eum
priuare ſine culpa, & dicendum eſt, quòd ne-
quaquam, an uerò non priuato domino infe-
riore uelit aliquid diſponere circa vaſallos in-
ferioris domini, præcipuè eos habilitando, &
ab eis obſtaculum tollendo & hoc facere poſ-
31 ſit. † Vnde concludit Curt. ſibi nunquam pla-
cuiſſe dictum Salyceti ſupra relatū & per Ale.
conſ. 60. uol. 2. qui tenebat, Imperatorem non
poſſe legitimare filium ſpurium in præiudiciū
domini inferioris, quam opinionem tenuerūt
aliqui moderni in ſuis tractatibus legitimatio
num, quia ex prædictis manifeſtè confunditur
& quoniam prædicti non reſpondent ad tex.
in allegato c. per uenerabilem, in quo tantam
32 uim conſtituit Abb. in duobus locis, † dico
breuiter quòd licet Papa dicat ibi, quòd
cum Rex ille ſuperiorem non recognoſceret
potuit ſe ſubiicere iuriſdictioni ipſius Papæ in
legitimandis filiis ſuis, & inde ſequatur, quòd
aliàs recognoſcens ſuperiorem, non poſsit ſe
33 ſubiicere iuriſdictioni Papæ, † non tamen in-
de ſequitur, quòd ſi id faciat, Papa non poſsit
filios illius legitimare, immò uerò ſupra per-
mittit Apoſtolicam ſedem ſuper hoc plenam
pote-